

"DE GRATIA"

DE GRATIA CHRISTI.

DEFINITIONES:

Gratia: donum Dei gratuitum seu gratuum datum est..

Donum stricte gratuitum seu indebitum naturae,
excludens omne debitum proveniens vel ex merito vel
ex conditione naturae... et vocatur "Gratia super-
naturalis".

ex merito= cui Deus debet retributione.

ex conditione naturae= qua posita Deus ut au-
tor naturae, debet quod natura exigit, i.e. (pona va-
litudo infante recons nato.) ~~modis variis~~

Donum late gratuitum, i.e. excludens aliquod
debitum ex merito... et vocatur "gratia naturalis"
v.g. creatio et conservatio, ingenium, bona vali-
tudo, etc.

Gratia supernaturalis: est donum indebitum a Deo
concessum creature rationali, aliquomodo pertinens
ad vitam aeternam.

Donum indebitum: excludens ens debitum, sive ex
merito, sive ex etiam conditione naturae.

Creature rationali: homini vel angelo.

Aliquomodo: saltem extrinsece, i.e. saltem ex
intentione Dei, v.g. motiones internas ad observan-
dam legem naturalem.

A Deo concessum: tanquam a causa efficiente.
Haec vocatur GRATIA CHRISTI quia Christus meritus
est gratiam.

Pertinens ad vitam aeternam: ut designetur finis
ad quem ordinatur gratiam.

DIVISIONES gratiae supernaturalis.

Interna	Gratum faciens	Habitualis
Externa	Gratis data	Actualis.

ACTUALIS GRATIA dividitur:

Excitans,	operans	praeveniens
Adjuvans	cooperans	concomitans
		subssequens.

Elevans Supernaturalis quoad substantiam
Medicinalis Supernaturalis quoad modum.

Sufficiens
Efficax.

GRATIA INTERNA: est in anima v.g. virtutes theologiae, gratia sanctificans.

GRATIA EXTERNA: non est in anima v.g. sacramenta, praedicatio, miracula, sed effectus ejus est in anima.

GRATIA GRATUM FACIENS: per se et immediate ordinatur ad sanctificandum recipientem, v.g. ~~GRATIA GRATIS DATA~~

GRATIA GRATIS DATA: ad sanctificationem aliorum, v.g. gratia miraculorum, prophetia, sacerdotium.

Illa(,) data omnibus; haec aliquibus.

Illa collectiva non potest inveni in peccatore; Sept. 13.
alio potest inveni in peccatore.

GRATIA HABITUALIS: quae datur per modum domi permanentis.

GRATIA TRANSIENS: quae datur per modum actus seu auxiliis. Habitualis comprehendit gratiam sanctificantem, virtutes. Actualis: pias illustrationes mentis, pias actiones voluntatis. A. 369, 74

Divisiones GRATIAE ACTUALIS:

GRATIA ACTUALIS EXCITANS: est sollicitatio supernaturalis ad bonum opus.

GRATIA ACTUALIS ADJUVANS: per quam homo juvatur ad videntem et faciendum illud ad quod per excitantem gratiam sollicitatus fuit.

GRATIA ACTUALIS OPERANS: agit in nobis sine nobis liberate agentibus.

GRATIA ACTUALIS COOPERANS: est illa gratia cui consentimus.

GRATIA ACTUALIS PRAEVENIENTIS: inclinat nos ad consentiendum.

GRATIA ACTUALIS SUBSEQUENS: hortatur et concurrit ad executionem.

GRATIA ACTUALIS CONCOMITANS: comitatus liberum consensum.

Conclusiones: a) Excitans etiam est cooperans.
b) Idem est adjuvans, cooperans et concomitans.

GRATIA ACTUALIS ELEVANS: datur ad efficiendum actum entitatis supernaturalis.

GRATIA ACTUALIS MEDICINALIS: sanat vulnera per peccatum originale inficta.

Gratia elevans differt a medicinali:

1) ratione substantiae: Illa non potest esse naturalis.

Haec potest esse naturalis,
sed non supernaturalis.

2) ratione effectus: Illa datur ad actus salutares supernaturales.

Haec potest dari ad actus naturales.

3) ratione necessitatis: Illa est necessaria necessitate physica. (Absolute)

Haec morali. (relative.)

N.B. Physice impossibile est facere actus supernaturales sive gratis elevante. Sine gratia medicinali valde difficile est facere actum supernaturalem.

Adam in statu justitiae originalis accepit gratiam elevantem et non medicinalem (quia non habebat vulnera) nos saltem saepe accipimus gratiam simul elevans et medicinalem. ad observandam iugem Deus dat gratiam elevantem et medicinalem.

Utrum ~~accipimus~~ ^{accipimus} gratiam medicinalem non elevantem, disputatur.

GRATIA SUPERNATURALIS quoad substantiam: est entitative supernaturalis, i.e. quoad suam substantiam, v.g. gratia sanctificans.

GRATIA SUPERNATURALIS quoad modum: est entitative, sed supernaturalis quoad modum quo infunditur, v.g. immortalitas non entitative supernaturalis quia debetur angelo et anima, sed supernaturalis si datur homini, quia homini non debetur immortalitas.

GRATIA SUFFICIENS: non coniungitur cum consensu, ex defectu voluntatis, v.g. negligere sacellum.

GRATIA EFFICAX infallibiliter connexa est cum consensu, et tamen non aufertur libertas.

S U P P L E M E N T U M

Status, prout nunc sumitur, definitur: certa conditio, seu certus modus se habendi totius generis humani in ordine ad Deum finem ultimum.

Status naturae purae, in quo homo nihil haberet praeter naturam suam et facultates naturales, legem naturalem atque auxilia mere naturalia, quibus merita pariter naturalia acquiroret, ad obtainendam mercedem naturalem, sed aeternam, quae in quadam Dei visione consisteret. (Hic status est possibilis, nuncquam exstitit)

Status justitiae originalis seu innocentiae, in quo Adam constitutus est, cum fine supernaturali, cum gratia sanctificante, cum donis integritatis et immortalitatis, etc.

Ille status constabat triplici rectitudine: ratio subiectatur Deo; vires inferiores rationi; corpus animae.

Status naturae lapsae: est status naturae humanae post peccatum Adami. Status ille maxerrimus his duobus describitur: Ex una parte, unicus finis hominis remanet finis supernaturalis; ex altera parte, homo destituitur gratia, sine qua talis finis obtineri nequit. Desunt etiam dona seu immunitates, quae in statu innocentiae ex gratia sanctificante sequentur, scilicet immunitas a concupiscentia, ab ignorantia, ab errore, a dolore, a morbo, a morte.

Status naturae reparatae per redemptionem Christi: status in quo, per gratiam sanctificantem, restituitur quidem subjectio supernaturalis rationis ad Deum et ordinatio ad ultimum finem, sed relinquitur rebellio appetitus inferioris erga superiorem; aliis verbis, romanet concupiscentia, quamquam ei resistore possumus.

Finis ultimus est bonum supremum, cuius desiderium et amor omnes agentis actiones provocat, dirigit et imperat. Haec est autem hominis dignitas, ut summum ejus Bonum sit ipsum bonum infinitum, "Fecisti nos ad te..."

Finis ultimus naturalis pro homine, est Deus aliquo modo visus.
Finis ultimus supernaturalis, est Deus intuitive visus.

S U P P L E M E N T U M

(Addendum p.3)

Gratia incoerata: est ipse Deus dans seipsum. - Triplex distinguitur:

a) Incarnationis, qua secunda persona Sanctissimae Trinitatis naturae humanae singulari hypostasis communicatur et unitur.

b) Inhabitatio, qua Sanctissima Trinitas animas justi datur, ut ibi mansionem facint.

c) Glorificatio, qua Sanctissima Trinitas se intuitiva conspicientiam electis tradit.

Adi posset Eucharistia, quo tuum non Deum ut sic, sed solum corpus et sanguinem Christi nobis, ex vi sacramenti, confert.

Gratia creata, qua Deus aliquid ordinis divini nobis communicat.

Duplex distinguitur:

gratia gratum faciens,	{
gratia gratis data.	

Gratia Dei sui originalis, est illa, qua dea est angelis et protoparentibus ante peccatum.

Gratia Redemptoris, est illa, quae post lapsum Adami datur hominibus, propter merita Christi. (Cf. Goupil, la Grâce, p.6).

(Addendum ante Th. I^{an}, p.5)

Haereses circa necessitatem gratiae.

Pelagiensi et Semipelagiani (saco. 5^o), Lutherus, Baius et Jansenius (saco. 16^o et 17^o), in haeresim occiderunt. Illi errore erant exaggerando vires naturae lapsae, et preiudicio necessitatem gratiae negaverunt; hic e contra ita minorunt vires ejusdem naturae et exaggeraverunt necessitatem gratiae, ut libertatem humanam destruerent.

Liberum naturam humanam deficit et regnauit peccatum in mundo.

Fautores Pelagianismi: Pelagius, Celestius, Amilius et Julianus Bolaniensis.

1^o Docebant: 1^o Naturam humanam tam perfectam esse, ut homo possit absque auxilio gratiae supernaturalis totam legem observare et ita pervenire ad vitam aeternam;

2^o Impugnationibus Augustini coactus, Pelagius admisit saltem gratias exteriores, v. g. legem divinam, praedicationem evangelicam, exempla Christi, quae tamen, secundum ipsum, non sunt necessaria, sed tantum utilia ad bonum faciendum;

3^o Utrum admiserint Pelagiani, documenta controversia, etiam gratiam proprie internam, i.e. illustrations intellectus, non certe constat.

Julianus vero Bolaniensis ad extremam doveriens, negavit peccatum originale et perturbationem concupiscentie in homine. Contendebat libertatem sibi sufficere eamque liberasse hominem a Deo; quod si existaret gratia, liberum arbitrium destrueret.

Hoc hinc inscripsi, scilicet.

Semipelagiani. Cassianus, Gerhardius, Faustus, Vincentius de Lérins.

Secundum quos initium fidei, prima inclinatio ad credendum, desiderium salutis, petitio auxilii divini procedit a solidis viribus naturae; brevius, ipse homo incipit opus suae salutis.

Secundum eosdem homo, bonis operibus et dispositionibus naturalibus, potest mereri, saltem de condigno, ut gratia ad salutem necessaria sibi tribuatur. Verum adnittebant apud quosdam, v. g. Gratianum, Paulum, gratiam prævenisse bonas voluntatis dispositions, sed apud alios - quod ordinario contingit - bonas dispositiones prævenisse et meruisse gratiam.

Denique Semipelagiani tribuebant perseverantiam finalem soli voluntati hominis, non autem speciali auxilio gratias.

Error Lutheri et Calvinii.

Secundum quos justitia originalis erat pars essentialis naturae humanae. Post lapsum Adami igitur, natura humana non amplius est *integra*. Illa justitia originalis, ut aiunt, est in se supernaturalis, sed est naturae humanae debita. Itaque justitia originali amissione humana ita evoluta corrupta, ut ante Deum nihil jam possit agere, nisi peccare. Inde sequitur peccatum esse de essentia hominis. Immo, cum ex ipsa doctrina Lutheri peccatum originale remaneat in anima etiam post justificationem, omnes actiones justorum sunt peccata, et solum per fidem merita Christi justis imputantur. In homine peccatore vera libertas periret, concupiscentia illum fataliter trahit ad malum, quod sanctus Paulus: per gratiam necessitantem hominem ad horum. Tamen est doctrina Calvinistica, quae tamen Lutherani moderni multum mitigantur.

6

Ed gratiam excitantem pertinent illustrationes
intellectus, et inspirations voluntatis.

15

De natura gratiae actualis.

THEISIS Ia

AD AUXILIUM SUPERNATURALE ET TRANSIENS QUO DEUS
EXCITAT HOMINES AD SALUTARITER AGENDUM PERTINET TUM
1) ILLUSTRATIONES INTELLECTUS, TUM 2) INSPIRATIONES
VOLUNTATIS, QUAE 3) A DEO PRODUCUNTUR MEDIAB^{RE} SED NON etiam
IMMEDIATE.

AUXILIUM AD... ACENDUM: est gratia excitans. Haec
active spectata est operatio Dei. Passive.. est ef-
fectus hujus operationis in homine.

In 1a. parte et in 2a, agitur de gratia, et in 3a de
gratia excitante passive spectata; in 3a de active spec-
tata.

IMMEDIATE A DEO: i.e. non per medium externum, v.g.
non per medium intellectus habetur hic bona actio in-
torna sed potest esse cum medio intellectus.

ILLUSTRATIONES: sunt sanctas cogitationes ad salutem.

INSPIRATIONES: sunt motus, v.g. suavitas, quibus vo-
luntas excitatur ad operandum in ordinem ad salutem.

Sensus 2ae partis et lae: illustrationes et inspi-
rationes pertinent ad gratiam excitantem, i.e. ad essenti-
am gratiae excitantis.

ADVERSARI: THOMISTAE: gratia excitans siacuate est ³⁷⁸
qualitas mortua transiens, et illustratio et inspiratio
sunt effectus ejus.

NOTA THEOLOGICA: Thesis, contra Thomistas, est PRO^{RE}
SABILIOR. Ut jacent, la et 2a pars, sunt THEOLOGICAE ^{Dicitur}
CERTAE. / 3a pars est CERTA ET COMMUNIS. ^{Sept 17.}

Pars 1a et 2a.

PROBATUR: (Ex SS)

Gratia excitans est sollicitatio ad bonum opus.

ATQUI ad talē sollicitationem pertinent illustra-
tiones et inspirations.

Ex ergo ad gratiam excitantem pertinent illustrationes
et inspirations.

MAJOR: ex definitione gratiae excitantis.

Parisinae Ann. XI. Mense. 1871

6

R. 14/83+ MINOR: la pars declaratur pro illustrationibus ex Ps. 12,4 et ex PP. v.g. S. Chrysostomus: Spiritus S. novos dat oculos... ut in carne coelestia intueamur."

2a pars declaratur pro inspirationibus ex Ps. 20,4 ut explicato a S. Augustino: "Praevenisti eum in benedictionibus dulcedinis tuae". In quae verba scribit S. Augustinus: "Dominus dedit suavitatem et terra nostra dabit fructum suum ut bonum fiat non timore sed amore".

Probatur minor ex ratione pro utrisque: illius trationes et inspirationes ex ratione: quia natura humana sollicitatur ad opus per illustrationes et motus voluntatis.

(Quoad illustrations)

PROBATUR I.

Datur gratia a Deo ex causa interna exclusive.

ATQUI haec est illustratio immediate a Deo.

ERGO datur illustratio immediate a Deo.

MAJOR: ex la ad Cor. III,7; "Neque qui plantat est aliquid neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus ex IP contra Pelagianos.

PROBATUR II.

~~Ex. Cor. III,7;~~ I. S. Ego regi interne, Apollo egit interne etiam; sed Deus egit ~~interne~~ exclusive.

Ex. PP. contra Pelagianos.

MINOR declaratur: est illustratio quia illustratio est necessaria naturae humanae movendae in bonum.

Immediate a Deo: Nec est evidens quia a Deo exclusive. Ergo immediate a Deo.

(Quoad inspirationes.)

PROBATUR:

Dantur inspirationes qui sunt:

1) Donum distinctum ab illustrationibus.

2) eodem modo factae ac illustrationes immediatae.

3) et a Deo superadditae illustrationibus.

ATQUI haec inspirationes sunt immediate a Deo.

ERGO dantur inspirationes immediate a Deo.

MAJOR: ex PP.

MINOR: 1) evidens quia inspirationes non sunt donum distinctum ab illustrationibus sed potius earum ne-

Contra thesim quae sic se habet, Ad auxilium supernaturale et transiens quo Deus excitat homines ad salutariter agendum pertinet tum illustrationes intellectus, tum inspirationes voluntatis ~~sunt a Deo~~.
~~predominantur non modo mediate sed etiam immediate;~~ sic arguo carissime Pater: Ad Auxilium supernaturale et transiens quo Deus excitat homines ad salutariter agendum pertinet ~~non~~ illustrationes intellectus. Ergo ~~nec~~ inspirationes voluntatis.
Falsa est thesis.

Probo antecedens:-

Quae sunt effectus, non sunt causae ipsius.

@ illustrationes et inspirationes sunt effectus gratiae excitantis.

Ergo non sunt gratia excitans.

Con. Maj.

Dist. min. sunt effectus gratiae excitantis active sumpta, C.
passive sumpta, N.

Atqui sunt gratia excitans passive sumpta. Ergo stat difficultas.

Probo minorem subsumptam.

Quod est principium ea actis, non est actus.

@ gratia excitans passive sumpta est principium boni actus.

Ergo non est bonus actus.

Dist. min. est principium boni actus deliberati, C. indeliberati, N.

Atque-gratia-excitans passive sumpta est principium boni actus indeliberati. Ergo remaneat difficultas.

Juxta Concilium Arnsicanum secundum et R. Augustinus, gratiae excitantes fiunt in homine sed non ab homine.

Sed si eas consisterent in actibus indeliberatis intellectus et voluntatis, fierent a nobis et non sine nobis.

Ergo non consistunt in actibus indeliberatis intellectus et voluntatis.

Dist. Maj. Fiunt in nobis sine nobis libere agentibus, C.
sine nobis physice agentibus N.

Probo ex concilio Arnsicano secundo cuius documentum invenitur in D. 193.
Qui sic legitur.

Et praenoto quod "Multa ... homo;" significat gratiae excitantes fiunt in homine sine homine.

Et sic conficitur argumentum.

Sec. documentum gratia excitans fit in nobis sine nobis.

@ quod fit in nobis sine nobis non est actus indeliberatus.

Ergo gratia excitans non est actus indeliberatus.

Dist. Maj. sine de nobis libere agentibus, C.

sine nobis physice agentibus, N.

Arguo ex dono Augustino, in re gratiae illustrissimus vir R 1483.

Gratia excitans secundem scripturas est vocatio Deo.

Atqui haec non est actus nostra. Ergo gratia excitans non est actus noster.

R 1483 S. capo 3, 30; M 2, 17; Rom 8, 30.

cessariæ consecutiones.

- 2) quia inspirationes imdistantæ non sunt eodem modo factæ ac illustrationes immediatae.
- 3) quia inspirationes mediatae non superaddendæ a Deo, quia præcessario sequuntur.

SCHOLION I cf. auctorem.

SCHOLION II "

Capit 207

DIFFICULTATES.

1- Illustrationes et inspirations sunt effectus gratiae existantis.

Ergo non sunt gratia excitans.

Dist: ant: active, C. Passive, N.

2- Gratia excitans passive sumptu est principium boni actus.

Ergo non est bonus actus.

Dist. ant: boni actus deliberati, C. indeliberati, N.

3- Gratia excitant fit in nobis sine nobis.

Ergo non actus deliberatus.

Dist. ant: Sine nobis libere agentibus; C.
sine nobis physice agentibus, N.

4- Gratia excitant est vocatio Dei.

Atqui haec non est nostra.

Ergo gratia excitans non est actus noster.

Conec. maj. Nego min... est actus noster
inteliberatus, sed non deliberatus.

SCHOLION III cf. auctorem.

ALII ERRORES circa gratiam actualem:

Error Quesiellus: Gratia actualis est Dei voluntas.

Error Quesiellus: Gratia actualis est voluntas Clementis XI 1369

vel omnipotentia. Resp. cf. doctrinam Clementis XI 1369

Error Arnaldi: Gratia actualis est actus de liberatus

hominis. Resp. Actus deliberatus homini, i.e. conscienti

et effectus gratiae actualis a principio deversus ab ea.

cf. Trid. 814.

D
De Gratia adjuvante.

THESES II

GRATIA ADJUVANS PRINCIPIATIVE ET IN ACTU PRIMO SPEC-
TATA AB EXCITANTE NON DISTINGUITUR RE SED OFFICIO? AC
PROINDE ILLUSTRATIONES INTELLECTUS ET INSPIRATIONES
VOLUNTATIS, ETSI UTROBIQUE DIVERSUM MUNUS EXERCERANT,
ENTITATIVE TAMEN SPECTANT SICUT AD GRATIAM EXCITANTEM,
ITA AD JUVANTEM.

GRATIA ADJUVANS: cf. superius.

PRINCIPIATIVE ET IN ACTU lo: seorsim ab influxu
quem exerceat.

GRATIA EXCITANS: cf. superius.

NON DISTINGUITUR RE SED OFFICIO: i.e. non distingui-
tur entitatively.

Sensus theseos: Nudem entitas ~~est~~ gratiae, qua-
tenus sollicitat voluntatem, est gratia excitans; et
quatenus influcit in consummum, sed abstrahendo ab in-
fluxu, est gratia adjuvans.

ADVERSARI: THOMISTAE: Gratia adjuvans est qualitas
mortua et transiens, realiter distincta ab excitante
gratia.

NOTA: PROBABLIS. cf Trid. n.814

PROBATOR:

Gratia cui consentimus principiative et in actu
primo spectata non distinguitur re sed officio a gra-
tia cui possumus vel consentire vel non.

ATQUI gratia cui consentimus est gratia adjuvans,
et gratia cui possumus vel consentire vel dissentire
est gratia excitans.

ERGO gratia adjuvans principiative et in actu lo
spectata non distinguitur re, sed officio a gratia
excitante.

MAJOR: probatur ex SS. II Cor, 4,1: "Exortamini ne
in vacuum gratiam Dei recipiatis".

MINOR: patet ex definitionibus.

THEISIS IIIa

POTEST CREATURA SINE ULLO CREATO DONO INTRINSECE INHAERENTE, SUPERNATURALITER AGERE, 2) IMO AD FACTUM QUOD SPECTAT NULLA VIDETUR QUALITAS NON VITALIS ET TRANSIENS AD EFFICIENDOS ACTUS SUPERNATURALES INFUNDI.

AGERE SUPERNATURALITER: est facere autem qui excedit omnes vires et exigentias naturae creatae.

CREATUM DOMUM INTRINSECE INHAERENS: EST QUALITAS NON VITALIS ET TRANSIENS QUAE JUXTA THOMISTAS, CONSTITUIT GRATIAS ADJUVENTEM.

Sensus theseos: volumus duo probare: 1) possibile est hominem supernaturaliter agere sine tali qualitate.

2) Homo de facto ita agit.

N.B. Non excludimus specialem influxum Spiritus Sancti concurrentis cum homine et ita eum extrinsece elevantis et hoc praeter illustrations et inspirationes.

NOTA: PROBAMILIS:

ADVERSARII: THOMISTAE dicentes hanc qualitatem non vitalem esse praecipuum elementum gratiae actualis.

Pars 1a

PROBATUR:

Potest Deus supplere influxum efficientem omnis creati doni non vitalis intrinsece inherenteris.

ERGO stat la pars, i.e. homo potest supernaturaliter agere sine tali qualitate.

ANT: decl: quia Deus continet omnium eminenter vim effectatem causarum creatarum, nec ulla sequitur imperfectio in Deo ex eo quod suppleat.

CONS: est evidens.

Pars 2a

PROBATUR:

Ad factum quod spectat talis qualitas non insinuatur a PP. nec a Conciliis.

ERGO homo de facto ita agit.

ANT: est evidens.

CONS: decl: quia Patres et Concilia debuissent eam insinuare, siquidem, juxta Thomistas, ista qualitas est praecipuum elementum gratiae actualis.

10
DIFFICULTATES.

- 1- Ex arg. lae partis sequitur quod Deus intelligeret et vellet, non homo.
Atqui hoc est falsum.
Ergo ex ~~lae~~ arg. sequitur thesim esse falsam.
Dist. Maj: si Deus reciperet in se actum,C.
sum Deus non reciperet in se actum,N.
- 2- Potentia, i.e. illustrationes et inspirationes, debet constitui in actu 10 proximo.
Atqui constitui in actu 10 est habere qualitatem mortuam.
Ergo Potentia debet habere potentiam mortuam.
Come. maj.;
Dist, min.: tantum, N.
vel qualitatem mortuam vel aliud principium paratum ad cogendum,C.
(Illud principium paratum ad agendum est influxus Spiritus Sancti et faciens meam actionem esse supernaturalem, i.e. Deus cooperans tecum.)
- 3- Ut homo supernaturaliter agat debet habere principium physice influens, i.e. causam supernaturalem.
Atqui hoc principium est qualitas mortua.
Ergo homo, ut supernaturaliter agat debet habere qualitatem mortuam.
Dist. Maj. Principium extrinsecum vel intrinsecum,C.
necessario intrinsecum,N.
Contr. min: principium extrinsecum,N.
" " intrinsecum,C. vel Tr.
Aliter dist: C. Maj:;
N. Min. quia probabiliter hoc principium sunt illustrationes et inspirationes.

11
De causalitate gratiae.
Just 1st two parts.

THEISIS IVa

GRATIA ACTUALIS, SALTEM QUCAD ACTUS SALUTARES ABSQUE SUPERNATURALIBUS HABITIBUS EFFECTOS, CAUSALITATEM EXERCET: 1)NON MODO MORALEM, 2)SED ETIAM PHYSICAM; 3)EST AUTEM CAUSA PHYSICA PARTIALIS, 4)QUAE SIMUL TEMPORE ET NATURA CUM LIBERO ARBITRIC CONCURRIT, UT 5)EX GRATIA ET LIBERO ARBITRIO UNUM CONSTITUATUR ADAEQUATUM ET PROXIMUM ACTUS SALUTARIS PRINCIPIUM.

GRATIA ACTUALIS: est auxilium supernaturale et transiens a Deo concessum ad operandum in ordine ad salutem.

ACTUS SALUTARES: sunt actus ad salutem. Ad salutem, i.e. vel meritorii salutis: et sunt proxime salutares; vel disponentes ad justificationem: et sunt remote salutares.

Actus salutares entitative supernaturales in sua substantia superant exigentiam omnis naturae creatie et creabilis.

(Exigentiam...i.e. quia finis ~~est~~ est entitative supernaturalis. Media debent esse proportionata ad finem).

Illi actus supernaturales sunt vitales et liberi ex Triad. n.814. In hoc decreto agitur de actibus entitative supernaturalibus... sic arbitrium liberum cooperatur.. liberum, ergo liberi... cooperatur.. Ergo vitalis.

SUPERNATURALIS HABITUS: sunt virtutes supernaturales.

CAUSALITAS MORALIS: consistit in suadendo.

CAUSALITAS PHYSICA: consistit in movendo aliter ac sua-sione.

CAUSA PHYSICA PARTIALIS: partialitate causarum non effectus: nam influxus sunt diversi, sed effectus actus salutaris simul est totaliter vitalis et totaliter supernaturalis; et supernaturalitas in hoc effectu non distinguitur realiter a vitalitate.

SIMUL TEMPORE: actus salutaris non est prius supernaturalis et postea vitalis, neque vice versa.

SIMUL NATURA: sine dependentia vitalitatis a supernaturalitate.

ADVERSARI: THOMISTAE: gratia est causa totalis.

NOTA: la pars: FIDE CERTA ex Aransicano, n.180

2a " : FIDE CERTA ex Milev. n.104

3a et 4a: PROBABILITATES.

12
Pars 1a.

PROBATUR:

Gratia actualis, saltem quoad actus salutares absque supernaturalibus effectus habitibus, dat suavitatem in consentiendo.

ATQUI dare suavitatem in consentiendo est exercere causam moralem.

ERGO...

MAJOR: probatur ex Aran.n. 190

MINOR; ex definitione.

Pars 2a.

PROBATUR:

Gratia actualis, saltem quoad actus salutares absque supernaturalibus effectos, supplet impotentiam nostram quoad illas actus, ~~et~~ ~~et~~.

ATQUI causalitas ejus quae supplet impotentiam nostram quoad illas actus, est physica.

ERGO causalitas gratiae, absque supernaturalibus habitus effectus actualis est physica.

MAJOR: decl. ex Joan. XV,5, "Sine me nihil potestis facere". (Agitur de ordine supernaturali quia Christus est mediator inter homines et Patrem suum.

Insertio, i.e. mansio palmitis in vite est gratia sanctificans, et influxus vitis in palmites, i.e. sacramentum est gratia actualis,)

MINOR: quia impotentia nostra est defectus causalitatis physicae ex definitione TOU supernaturalis... quia superat vires totius naturae creatae.

Pars 3a.

PROBATUR:

Actus salutares procedunt partialiter a natura et ~~atque~~ partialiter a gratia..

ERGO causalitas est partialis.

CONS: sunt evidentes.

ANT: decl. duplicitate;

1) ex Iuca VII,50 " fides tua salvam te faciet" ie. fides quam tu exercisti...

2) quia sunt vitales et liberi.

Ergo nostri.

13

Pars 4a

PROBATUR:

Actus salutares nec prius tempore, nec prius natura vitalis aut supernaturalis.

ERGO sunt ~~sime~~ tempore et natura...

ERGO stat 4a pars.

CONS: sunt evidentes... si non prius, ergo simul
(esset inutilis dicere quod non est posterius..)

ANT: decl... quia in hoc actu ~~est~~ vitalitas et supernaturalitas non sunt realiter distinctae, (quia tunc haberes duos actus: vitales et supernaturales.

Pars 5a

PROBATUR:

Stat 5a pars si gratia actualis et liberum arbitrium sunt causae partiales actus salubares.

ATQUI sunt partiales...

ERGO stat 5a pars.

MAJOR: evidens.

MINOR: probatur ex § 3a et 4a parte.

De necessitate gratiae
ad omnes et singulos actus salutares.

THEISIS Va

GRATIA ACTUALIS EST SIMPLICITER NECESSARIA AD
OMNES ET SINGULOS ACTUS SALUTARES ELIVIENDOS.

GRATIA ACTUALIS: agitur de grata ajuvante, ^{qui cooperat at}
ACTUS SALUTARES: sunt actus qui ad finem super-
naturalem vitae aeternae eliciuntur.

SIMPLICITER NECESSARIA: non ad facilius elicien-
dos, sed ad eliciendos. ^{non est gratia. 3) adiuvent aliquam gratiam}

ADVERSARI: PELAGIANI: "Gratia actualis datur ^{ad faciliter elici-}
homi tantum ut facilius efficiant actus salutares." ^{et non ali-}

NOTA: DE FIDE CAT. ex Trid. 812 et 813. ^{D. 105, 180, 609}

PROBATOR I (Ex SS.) ^{cf. Act. 400}

Gratia actualis ita necessaria est ad omnes et
singulos actus salutares, sicut necessarius est
influxus vitis in palmitis ad fructum producendum.

ATQUI hic influxus est simpliciter necessarius.

ERGO gratia actualis est simpliciter necessaria
ad omnes et singulos actus salutares.

MAJOR: ex Joanne IV, 5.. sine me nihil potestis

1) agitur de origine supernaturali quia agitur
de Christo mediator per fidem.

2) insertio palmitis in Christum est gratia sanc-
tificans.

3) influxus vitis in palmitem, i.e. succus est
gratia actualis adjuvans, ^{non tantum propositi sed etiam pro}
MINOR: separatus a vite non fert fructum. ^{peccatoribus}

PROBATOR II (ex ratione)

Gratia actualis dat necessaria ad omnes et sin-
gulos actus salutares eliciendos, ut ipsi fiat
supernaturales.

ATQUI q talis gratia est simpliciter necessaria

ERGO gratia actualis... salutares eliciendos.

MAJOR: quia actus salutares proxime sunt media
ad salutem, et actus salutares remote sunt media
ad justificationem; sed salus et justificatio sunt
supernaturalia... ergo media ad haec i.e. actus

R 1898, 99, 1900

Supplementum

(Addendum, p. 15)

DIFFICULTATES (Ex Compendio Pesch,
III, nn. 249-252)

Obj. 1. - S. Scriptura monet, ut homines incipient se convertere ad Deum, ut deinde Deus ad eos convertatur. Ita Zach. 1,3 et Eph. 5,14. Ergo saltem initium boni operis est ab homine.

Resp. Dist. antec.: S. Scriptura docet ad opus conversionis requiri cooperationem liberi arbitrii, Concedo; docet hanc cooperationem fieri sine auxilio divino, Nego. Ad explicationem responsionis, legas D. 797, speciatim ad finem,

Obj. 2. - Ante pelagianismum SS. Patres ita loquuntur de progressu salutis, ut dicant humanam voluntatem non praeveniri a Deo, sed ipsius hominis esse incipere. S. Joannos Chrysostomus ait: "Oportet nos primum bona eligere, et tunc (Deus) affert quae sua sunt. Non praevenit nostras voluntates, ne perdat nostrum liberum arbitrium, etc.". (In Hebr. hom. 12, n. 8) Ergo illa aestate negabatur necessitas gratiae saltem ad initium salutis.

Resp. Dist. antec. Illi SS. Patres affirmabant libertatem hominis, et negabant, quod Manichaei decebant, hinc minem aut a principio malo aut a Deo bono cum necessitate agi, Concedo; negabant ad initium salutis gratiam esse necessariam, Nego. Et nego cons., --S. Chrysostomus, etsi post ortum pelagianismum aliter locutus esset, tamen mentem suam clare manifestat. "Vocatio et purgatio ex gratia sunt... Vocamus autem non ex merito sed ex Gratia". (In Matth. hom. 69, n. 2) Idem apud eundem, v. In 1 Cor. hom. 12, n. 2; in Eph. hom. 4, n. 2.

Obj. 3. - Homini naturaliter incumbit obligatio tendendi in finem suum. Atqui non est obligatio faciendi quod est impossibile. Ergo homo non minus quam omnes alias creatureas finem suum naturaliter assequi potest.

Resp. Dist. maj. Homini naturaliter incumbit obligatio tendendi in finem suum naturalem, si ordo naturalis existit, Conc.; si non existit ordo naturalis sed supernaturalis, incumbit ei obligatio tendendi in finem supernaturalem, subdist. maj. cum gratia, Conc., sine gratia, N. Dist. min. Non est obligatio faciendi quod est impossibile, nisi adest adjutorium supernaturale, quo fit possibile, C. si adest, N. Et N. cons.

Obj. 4. - Si gratia est absolute necessaria ad finem, quem Deus instituit Deus debet eam dare. Atqui quod est debitum, non est gratia. Ergo gratia aut non est necessaria, aut non est vera gratia.

Resp. Dist. maj. Deus sibi debet, ut gratiam det propter finem supernaturalem, gratuito institutum, modo homo ne ponat impedimentum, C. Deus debet dare gratiam propter exigentiam naturae vel meritum naturale, N. Dist. min. Quod est debitum propter exigentiam naturae vel meritum naturale, non est gratia, C. quod Deus sibi debet propter finem gratuitamente institutum, non est gratia, N. min. Et N. cons.

salutares debent esse supernaturales i.e. proportionata ad finem.

MINOR: decl. quia supernaturale excedit naturam humana.

DIFFICULTATES. cf. Cap. 249.

L. Actus salutares sunt praecepti et finis ultimus est possibilis homini.

Atqui ad praecepta et possibilia non requiritur gratia.

Ergo ad actus salutares non requiritur gratia.

Dist. maj; supposita gratia, Causa secundum N.

Contr. min:

SCHOLION: Gratia actualis est etiam necessaria in homine justo.

Est necessaria:

1) ex auctoritate, quia PP. in nullum in hoc faciunt discrimen inter justos et peccatores.

2) ex ratione theologica, quia non agimus nisi excitati ad agendum. (Utrum habeamus gratiam sanctificatam vel non). Et si habeamus, debemus excitari etiam quia illae virtutes dormiunt.

De doctrina ecclesiae

Illa doctrina est admittenda quam profetetur ecclesia.

@ gratiam profetatur ecclesia;

Ego est admittenda!

D 812 8/13 105.

another day Omnes actus salutares reducuntur ad unum ex his tribus;

logitare, well agere

@ Sec. Scripturas q' causa actus est simpliciter necessaria ad cogitare & te salutare.

Ego thesis encyclicalis

May. - evidens well agere

Min. - ad cogitandum 2 Cor 3,5 ~ Philippenses 2,13 D 177/180.

16

Utrum necessaria sit gratia ad ipsum initium
fidei et salutis.

THESES VIA

GRATIA EST NECESSARIA AD IPSUM INITIUM FIDEI ET CU³
JUSLIBET OPERIS SALUTARIS.

GRATIA: agitur de gratia actuali excitanti et adju-
vantia.

AD IPSUM...SALUTARIS: sunt pius credulitatis affec-
tus, bona voluntas et conatus obtinendi fidem et salu-
tem. Pius affectus credulitatis: actus quo voluntas
cogite intellectum ad submittendum.

formalis actus fidei est quando ergo propterea voluntatem Dei loquenter.

ADVERSARI: SEMI-PELAGINI: gratia non est necessaria
ad haec; sufficit natura quae per illa initia meretur
gratiam.

NOTA: DE FIDE CAT. EX Ar. II

Pro initio fidei ex 178

Pro initio cuiuslibet operis salutaris ex 180

798,83

capitale vel subfacie

PROBATUR: (Ex SS.)

In opere salutis homo nihil potest sine gratia.

ATQUI si ita est, gratia est necessaria ad ipsum
initium fidei et cuiuslibet operis salutaris. ERGO..

MAJOR: ex Joan. XV,5...

2 lobs.

MINOR: evidens.

PROBATUR II (Ex PP)

PROBATUR III (Ex ratione theologica)

Gratia est necessaria ad actus salutares.

ATQUI initium fidei et cuiuslibet operis salutaris
est actus salutaris.

ERGO gratia est necessaria ad initium fidei et....

MAJOR: ex thesi prece. MIN: quia sunt media ad justifi-

cationes et salutis.

DIFFICULTAS.

SS. et quidem PP praesertim Gratci, tribunt initium
salutis soli homini. Ergo falsa thesis.

Dist ant. supposita gratia, C. Secus, N.

ad 1/11

quaerite et invenietis, pulsate et aperietur vobis, etc." Ergo.--
Resp. N. antec. Ad probationem, admissis testimoniis, D. cons. Praeparare animam, disponere viam suam, converti ad Deum, petere, quaerere, pulsare... est hominis operantis cum gratia, C. cum sola natura, N.

Obj. 4. Cassianus (Collat. 13, c. 11) plura refert exempla eorum qui propriis viribus se ad fidem disposuerunt, exempla scilicet Zachaei, boni latronis, centurionis, qui vel desiderio videndi Christum, vel sua confessione, vel suis orationibus et eleemosynis fidem et conversionem meriti sunt. Quibus additur alter centurio, de quo apud Mt., 8, 10 ait Christus: "Non inveni tantam fidem in Israele". Quae fides, si ex Dei gratia fuisset, nullam admirationem excitasset in Christo. Ergo...

Resp. N. cons. Haec aliaque exempla quae afferri possunt, minime probant intentum semper lagianorum. Responsum habes exemplis alatis apud D. 200, sub fine Can. 25 Arausicanii II.

Idem dicendum est de altero centurione Mt. 8, 10. Ad rationem autem additam, Dist. Nullam admirationem excitasset in Christo fides centurionis, in quantum erat donum Dei, C. in quantum supponebat liberaiam cooperationem centurionis, N. qui profecto inter tot Israelitas incredulos aut oscillantes in fide, maxime commendabilem se exhibuit.

Obj. 5. Liberum arbitrium fuit quidem debilitatum per peccatum Adami, non autem omnino extinctum. Ergo homo etiam lapsus, per solum liberum arbitrium, capax est efficiendi aliquid boni; at qui nullius boni esset capax, si neque volle, neque petore posset salutem.

Resp. C. antec. Dist. Homo etiam lapsus per solum liberum arbitrium capax est efficiendi aliquid boni ordinis naturalis, C. supernaturalis, N. Contradist. min.

Obj. 6. Verbum Dei scriptum et traditum hanc ideam α economiae salutis frequenter nobis ingerunt, quod scilicet Deus aliquid exigat a nobis, ut sua dona conferat: "si credideris salvus eris," etc. Unde sequitur Deum alterum exigere, quod est in nostra potestate non est.

Resp. Deus ut conferat dona sua salutaria, exigit a nobis aliquid factum viribus naturae quam ipse prius concedit, C. aliquid factum viribus naturae, N. -- "Si credideris", id est, si consenseris vocationi interiori, quao est gratia mea, et praestiteris assensum intellectus, et feceris omnia quae fides exigit, salvus eris. Kinc. N. consegu.

(Gio fere, sed prolixius, apud Beraza, s.j., De gratia Christi, pp. 173-179).

Supplementum

(Addendum p.14)

PROB.II (Etiam ex SS.)

Omnis actus salutares reducuntur ad unum ex his tribus:
cogitare, velle, agere.

Atqui, secundum S. Scripturam, gratia actualis est simpliciter necessaria ad cogitandum, volendum et agendum salutariter;

Ergo gratia actualis est simpliciter necessaria ad omnes actus salutares eliciendos.

Maj. est evidens.

Min. stat ex 2 Cor.3,5, et ex Phil.,2,13. Cf. D. 141,177,180.

(Addendum ad calorem p.16)

Obj. 1. - Assensus fidei est actus salutaris;

Atqui assensus fidei potest praestari sine gratia; (motiva enim credibilitatis religionis christianaæ adeo clara et firma sunt, ut ponant eam extra omnem prudentem dubitationem)

Ergo actus salutaris potest poni sine gratia.

Resp. Dist. maj. assensus fidei supernaturalis, C. naturalis, N.
Contradistinquo min. I. cons. -- assensus fidei quem intellectus motus motivis credibilitatis praestat, est assensus naturalis omnino sterilis ad salutem.

Obj. 2. - Deus nequit dare homini facultates absolute impotentes ad finem suum ultimum assequendum; atqui Deus tales facultates dedit homini, si hic non posset absque gratia elicere actus conducentes in salutem aeternam. Ergo. -- Resp. Impotentes etiam ad finem naturalem, C. ad finem supernaturalem, Subdist. absolute impotentes, ita ut etiam cum gratia non possent illum finem assequi, C. ita ut cum gratia possent illum finem assequi, N. Contradist. Min. Deus dedit homini facultates absolute impotentes ad finem naturalem es sequendum, N. ad finem supernaturalem, subdist. cum gratia, N. sine gratia, C.

Obj. 3. - Scriptura passim initium fidei tribuit homini. Sic Prov.16,
1: "Hominis est animam praeparare et Domini gubernare lin-
guam"; v.9: "Cor hominis disponit viam suam, sed Domini est dirigere
gressus ejus". -- Zach.1,3: "Convertimini ad me, ait Dominus exerci-
tum, et convertar ad vos". -- Luc.11,9: "Petite et dabitur vobis,

Supplementum

(Addendum ad libitum loco arg. ad calcem p.17)

Sacra Scriptura 1^o saepe ostendit nobis magnam difficultatem justitiae conservandae magnumque poriculum justitiae et salutis aeternae amittendae.

2^o Saepo hortatur justos ad orandum ut justitiam acceptam servent et a peccatis abstineant,

Atqui haec monita S. Scripturas clare indicant opus esse justis ad perseverandum speciali Dei auxilio ab habituali gratia distincto.

Ergo justi eo speciali auxilio indigent ad perseverandum in justitia.

Maj. 1^a pars patet ex Job, 7,1; Eph., 6,11-13; Phil., 2,12; I Pet. 5,8. etc.

2^a pars patet ex Luc., 18,1; Mt., 6,13; 26,41; I Thess., 5, 17, et fere ubique in Psalmis, legas spaciata Ps. 118.

Minor ostenditur; quia si praeter ipsam gratiam habitualem non indigeremus justi alio auxilio ad perseverandum, non appareret cur pericula spiritualia essent praecavenda, cur esset omnibus orandum, et tam instantor orandum; oratione enim petimus quae non habemus.

Quid sit "speciale Dei auxilium", de quo Trid.
can. 22, D. 832.

"...dicimus illud consistere in summa auxiliorum tum internorum, tum externorum, quae justis dantur ad vitanda peccata et salutariter operandum. Quod sic ostendimus:

Summa haec auxiliorum complectitur tum gratiam elevantem, qua justus indiget ad omnes actus salutares, qua salutares, tum etiam gratias medicinales, quibus occurrat concupiscentiae insultibus; tum tertio omnes illas gratias externas, quae in eo consistunt, quod removeantur a justo peccandi occasione.

Atqui praeter has gratias nulla alia postulari potest ad hoc ut justus in accepta justitia perseverare possit.

Ergo ad potestatem perseverandi non requiritur auxilium speciale distinctum a summa auxiliorum sive internorum, sive externorum, quibus justus pro loco et tempore instruitur.

Major. Advertendum est in majore a nobis non solum requiri ad perseverandum gratiam illam elevantem necessariam ad singulos actus salutares, praecise quia salutares, sed etiam praeterea auxilia alia specialia; sicut enim in singulis actibus non opus est ut peculiares

occurrant difficultates vincendae, contra accidit in actibus per longum tempus ponendis. Ratione ergo harum difficultatum dicimus postulari ad perseverandum alias gratias distinotas ab illo supernaturali concursu, quo justus indiget ad unumquemque actum salutarem ponendum.

Minor. Difficultates ad perseverandum proveniunt tum ex concupiscentiae stimulis, tum ex peccandi occasionibus. Si ergo conceduntur justo, praeter auxilium elevans, haec alia auxilia tum interna, tum externa, quibus possit vincere predictas difficultates, habemus quidquid requiritur ad potestatem perseverandi.

Quidam auctores requirunt ad perseverandum auxilium aliquod distinctum a summa auxiliarum quibus justus indiget ad singulos actus salutares, qui tam non a nobis videntur differre tantum in modo loquendi. Quod ut patet, haec notamus:

a) argumenta allata ad probandam primam propositionis partem ostendunt necessitatem peculiaris auxilii ad perseverandum desumi ex infirmitate naturae humanae, quao, etiam post justificationem, concupiscentiae obnoxia est. Jam vero, haec infirmitas ex concupiscentia orta, inducit tantum necessitatem moralem gratiae, cui proinde satis occurritur per auxilia medicinalia.

b) Unde inferitur auxilium quod requiritur ad perseverandum ideo vocari speciale, quia distinguitur ab auxilio elevante et intrinsocus supernaturali, quo indiget justus ad omnia et singula opera salutaria, prout in praecedenti thesi diximus. Quare justus indiget ad omnia opera salutaria, tantum quia salutaria sunt, auxilio gratiae elevantis; paeterea, indiget quaque gratia medicinali non quidem ad omnia et singula opera, sed utique ad ea in quibus peculiares difficultates ex concupiscentia ortae vincendae sint.

Quibus positis dico disputationem cum adversariis esse tantum de nomine. Nam adversarii ideo postulant ad perseverandum auxilium quoddam distinctum a summa auxiliarum requisitorum ad singula opera, quia summa hanc componunt ex auxiliis tantum elevantibus, quibus adjungenda dicunt auxilia medicinalia propter insurgentes aliquando difficultates. Nos vero in summa auxiliarum ponimus non solum gratias elevantes requisitas ad omnes et singulos actus salutares quia tales, sed insuper gratias quaque medicinales, quibus indigebit justus ad superandam concupiscentiam. Cf. Billot, p. 113, et Suarez, lib. 10, cap. 2. Restat ergo controversiam esse de modo loquendi.

Si autem quaeratur utra loquendi ratio sit praefferenda, nos trane an adversariorum, respondemus adversariorum loquendi rationem non rectam vidēri. Quod sic ostendimus: Verum quidem est in singulis actibus salutaribus justi, inspectis tantum quatenus salutares sunt, non occurrere peculiares difficultates propter quas alia gratia praeter elevantem exigenda sit. Sed si loquamur de aliqua serie longa actuum, ut necessario loquendum est cum agitur de perseverantia per longum tempus, non possunt non occurrere quaedam adjuncta, in quibus concupiscentiae resistendum sit. Ergo propter tales difficultates indigebit justus aliquo auxilio distincto ab elevante; vel saltem indigebit auxilio, cui competit utrumque manus sanandi scilicet naturam, samque elevandi. Ergo summa auxiliorum, quae per longum tempus requiruntur, complectitur necessario non solum auxilia elevantia, sed etiam medicinalia; ideoque in illa summa necessario invenienda sunt quaevis auxilia, quibus justus indiget ad perseverandum, neque extra illam aliquid quaerendum est. Vide Van Noort, n.42; et etiam Schiffini, n. 123, 129^o.

Huarte, s.j. Tractatus de Gratia Christi, pp.230-232.

Utrum sit necessaria gratia actualis ad perseverandum
in justitia.

THESSIS VITA *Eam*

UT JUSTUS POSSIT PERSEVERARE: INDIGET SPECIALI AC
SUPERNATURALI DEI AUXILIO AB HABITUALI GRATIA DISTINC-
TO. 2) UT AUTEM JUSTUS ACTU PERSEVERET, INDIGET PECULI-
ARI LARGITIONE DIVINAE MISERICORDIAE; QUAE LARGITIO NON
CADIT SUB MERITO DE CONDIGNO.

(In prima parte, agitur de potentia perseverantiae.)
(In secunda, de perseverantia.)

PERSEVERANTIA: est duratio in statu justitiae.

Imperfecta vel temporalis: per aliquod tempus.

Perfecta vel finalis: usque ad finem vitae.

(Hic de perseverantia perfecta vel finali agimus; et
distinguimus inter potestate perseverandi et activa)

De potestate in la parte. *Actu* in 2a parte.

SPECIALI AUXILIO A GRATIA DISTINCTUM: est scopus gra-
tiarum actualium justis omnibus concessarum.

UT ACTU PERSEVERET: haec perseverantia finalis conside-
ratur ut activa vel passiva.

Perseverantia finalis active est exercitium bonorum
operum usque ad mortem.

Perseverantis finalis passiva est conjunctio mortis
cum statu gratiae.

PARTICULARIS LARGITIO DIVINAE MISERICORDIAE: consis-
tit in auxiliis efficacibus, quatenus perseverantia su-
mitur ut passiva.

NON CADIT SUB MERITO DE CONDIGNO: homo non potest eam
propter mereri.

Illa perseverantia potest considerari ut activa ~~et~~ vel
passiva sed de facto est activa et passiva.

ADVERSARI: PELAGIENI qui negant thesim.
NOTA: 1a pars: DE FIDE CATH. ex Trid. 832
2a pars: DE FIDE CERTA ex Trid. 826
Magnum donum.

Pars 1a.

PROBATUR:

Ut justus possit perseverare, indiget auxilium Dei ad
vincendas graves tentationes et ad salutaria opera elici-
efficienda

Cph 6;12.

18

ATQUI tale auxilium est speciale et supernaturale ab habituali gratia distinctum.

ERGO ut justus possit perseverare...

MAJOR: 1) patet ex la Pebe. V.8 et ex th. 9
2) ex th.5.

MINOR: PAtet quia tale auxilium est summa gratiarum actualium.

Pars 2a. Meng & 26,

PROBATUR I

Ut actu perseveret justus indiget eadem largitione misericordiae quo indiguit ad initium gratiae.

ATQUI ad initium justitiae indiguit speciali largitione misericordiae divinae quae non cadet sub merito de condigno.

ERGO ut actu.

MAJOR: ex la ad Phil. I, 6

MINOR: 1) ex thesis 6.

2) quia agitur de gratia efficaci et ex Tract.

De Merito.

PROBATUR II (Ratione)

Ut actu perseveraret justus indiget auxiliis efficacibus et opportunitate mortis.

ATQUI haec sunt peculiariis largitio divinae misericordiae, non cadens sub merito de condigno.

ERGO Ut actu perseveraret justus, indiget peculiari..

MAJOR: evidens ex Praenot.

MINOR: 1) ex praenot, 2) ex Tract. De Merito, quia gratia efficax non fuit promissa.

DIFFICULTATES.

1- Si gratia habitualis non sufficit ad perseverantiam, non est perfecta.

Ergo sufficit.

Dist.maj: Perfecta in suo ordine, N. (In actu lo remoto)

in ordine non suo, C. (In actu lo proposito)

2- Si perseverantia non cadet sub merito de condigno, inutilis est cura circa eam. Ergo falsa thesis.

Nego ant. quia potest impetrare et cadit sub merito de

3- Justus potest mori brevi post acquisitam gratiam sanctificantem, in hoc casu non indiget peculiare largitione misericordiae divinae. Ergo falsa thesis.

C. Maj. et N. Min. quia auxilium quo accipit gratiam sanctificantem erat finaliter efficax.

Supplementum

18A.

(Addendum ad calcem p. 18)

Obj. 1.- Gratia habitualis per se est sufficiens principium suae conservationis. Ergo est sufficiens principium diu perseverandi.

Resp.- Dist. antec. In statu naturae humanae integrae, trans antec; in statu naturae lapsae, subd. est principium remote sufficiens, C. proxime sufficiens, N. - Adam accepit donum quo perseverare posset, non autem accepit ut perseveraret.

Obj. 2.- Gratia habitualis per se est principium proxime sufficiens diu perseverandi; nam Milevitatum (D. 103) definit gratiam qua justificamur, non solum valere ad remissionem peccatorum, sed etiam ad adjutorium, ut non commitantur. Ergo non requiritur speciale auxilium ad perseverandum.

Resp.- Notandum est "gratiam sanctificantem" apud veteres saepe laxiori sensu sumi pro omni gratia, quae per merita Christi nobis conceditur; omnis enim gratia est vel formaliter justificans vel ordinem dicit ad justificationem. - Itaque N. antec. Dist. rationem additam: Milevitatum definit solam gratiam habitualis proxime sufficere ad perseverandum, N. definit totam seriem gratiarum habitualium et actualium sufficere ad perseverandum? C. -- De sensu grat. sanct. apud veteres, cf. Palmieri, p. 133 s; Schiffini, n. 162.

Obj. 3.- Gratia Xti est potentior quam justitia originalis, juxta illud Jo. 10, 10: "Ego veni, ut vitam habeant et abundantius habeant". Rom., 5, 15-21. Atqui justitia originalis auferebat concupiscentiam, Ergo multo magis gratia Xti poterit superare concupiscentiam, licet eam non auferat. Ergo speciale auxilium ad perseverandum non requiritur.

Resp.- Dist. maj. gratia Xti adaequate sumpta potentior est, C. sola gratia habitualis, trans. maj. C. min. Dist. cons. sola gratia habitualis Xti id praestat, N. praestat per auxilia actualia, C.

Obj. 4.- Auxilium necessarium ad perseverandum homini justo debitum est. Ergo non est auxilium speciale, neque favor distinctus a gratia habituali. - Resp.- Dist. antec. Auxilium remote sufficiens (v. g. gratia orationis) debitum est, C. proxime sufficiens, subd. supposito bono usu auxili i remote sufficientis, C. secus, N.

Obj. 5.- Justus sine speciali auxilio per breve tempus, v. g. per mensem perseverare potest; ergo etiam per secundum, tertium mensem, et consequenter per multos annos. - Resp. Dist. antec. potest perseverare per breve tempus scorsim sumptum, trans. antec. (id enim pendet a multitudine et gravitate tentacionum occurrentium); per multa temporis spatia collective sumpta, N.

Inst. Etiam per multa temporis spatia collective sumpta sine speciali auxilio perseverare potest; nam quo diutius perseverat, eo facilius perseverat. - Resp. N. antec. dist. rat. add. suppositis auxiliis divinis supponendis, C. secus, N.

Inst. Etiam non supposito speciali auxilio verum est: Quo quis diutius perseverat, eo facilius perseverat; nam quo quis diutius perseverat, eo plures et intensiores habitus sibi acquirit.

J.B. Clavar S.T.

188

Supplementum

(Addendum ad calcem p.18, continuatur)

Resp. N. antec. dist. rat. add.: Potest quis in aliqua determinata materia sine speciali divino auxilio facilitatem bene agendi sibi acquirere, & in omni materia, N.

Inst. Atqui in omni materia; nam per singulos actus augetur gratia habitualis et cum gratia habituali augentur omnes habitus.

Resp. N. antec. dist. rat. add. augentur per singulos actus habitus acquisiti omnium virtutum (etiam earum, quae hic et nunc non exercentur), N. augentur habitus per se infusi omnium virtutum, qui tamen non dant facilitatem superandi impedimenta, (sed solum potentiam supernaturalem agendi, C.)

(Contra 2^{am} partem)

Obj. 1. - Justus perseverantiam finalē insua potestate habet. Atqui quod justus in sua potestate habet non est donum gratuitum et distinctum a gratia habituali et gratiis actualibus communibus. Ergo actualis perseverantia non est donum gratuitum et speciale.

Resp. Dist. maj. ita ut illam possit mereri de congruo (supplici oratione et continuo labore), C. ita ut illam possit mereri de condigno, i.e. Cont. min. quod justus ita in sua potestate habet, ut illud de congruo tantum mereri possit, non est donum gratuitum et distinctum a gratia habituali, etc., N. quod justus ita in sua potestate habet ut illud de condigno mereri possit, C. N. cons. (Cf. Lercher, s. j., de gratia, nn. 467, 473)

Obj. 2. - qui habet jus ad finem, habet jus ad medium necessarium ad finem. Atqui justus habet jus ad gloriam, quae est finis. Ergo habet jus ad perseverantiam, quae est medium necessarium ad gloriam.

Resp. Dist. maj. qui habet jus ad finem, habet jus ad medium sufficiens, quo, si volit, posset finem assoqui, C. ad medium quo infallibiliter finem obtineat, N. Dist. min. justus habet jus ad gloriam absolute accipiendo, N. conditionate accipiendam, C. sou habet jus ad gloriam, si conservat gratiam, C. si eam amittat, N. - Gratia, dum est in homine, fundat quidem jus ad gloriam, non autem fundat jus ut non possit amitti. Hoc enim jus esset supra conditionem tum hominis justi, tum ipsius gratiae, quae amissibiliter datur. (Cf. Beraza, De Gratia Christi, n. 245).

Obj. 3. - Mors accelerata in statu gratiae aufert occasiones merendi et proinde associationem majoris gloriae. Atqui talis mors non est dicenda speciale beneficium. Ergo saltem mors accelerata speciali beneficium dici non potest.

Resp. - Trans. maj. Dist. min. si in vita longiori perseverantia esset corta, C. si est incerta, N. N. cons. (Cf. iterum Lercher, n. 476, ubi invenies distinctiones longiores, sed non clariores).

~~Lesch~~ ^{de grata}, 177 examines facts for the thesis.

19

Utrum possit justus diu vitare omnis peccata venia-
lia absque speciali privilegio.

May 426.

~~quoniam transversa p. 19~~

THESES VII

JUSTI OMNES, LICET EXIMIUM PERFECTIONIS GRADUM AT-
TIGERINT, LABORANT MORALI IMPOTENTIA PECCATA OMNIA VE-
NIALIA DIU VITANDI, ABSQUE SPECIALI GRATIAE PRIVILEGIO.

Impotentia = absentia virium ad aliquid agendum.

JUSTI OMNES: immuni à peccatis.

IMPOTENTIA: physical et moralis. Moralis simpliciter
et secundum quid.

IMPOTENTIA MORALIS: resultans ex magna difficultate.

IMPOTENTIA SIMPLICITER: i.e. difficultas nupquam su-
peratur.

OMNIA PECCATA VENIALIA: plene delibera ta et subrepti-
tia simul sumpta... Subreptitia... i.e.e semi-deliberata.

Non distributive sed collective: quatenus constituant
seriem. Unde terminus impotentiae indirectae est ali-
quid veniale indeterminatum in se et determinandum a
voluntate libere deficiente.

DIU: est tempus sat longum; i.e. per plures menses.

Causa hujus impotentiae remota: peccatum originale
concupiscentia. Causa proxima: debilitas voluntatis,
frequentia occasione.

SPECIALE PRIVILEGIUM: distinctum a gratia sanctifi-
cante et ab eis quae debentur gratiae sanctificanti.
(Gratiæ actualis debentur gratiæ sanctificanti ex
la parte th.?)

Privilegium = iste exceptio ex lege generali et onerosa.

ADVERSARIUS: PELAGIANI qui negant thesim.

NOTA: FIDE CERTA ^{ex Trid. 633, 304} Fide def.

Impotentia est de FIDE CAT.
moralis..... CERTA ET COMMUNIS.

PROBATUR:

Si justi omnes, licet eximium perfectionis gradum at-
tigerint, non laborant morali impotentia peccata omnia
venialia diu vitandi, absque speciali gratiae privile-
gio, aliquæ ea de facto vitaret.

ATQUI nullus de facto ea vitat sine speciali privi-
legio.....

Peccata veniale semi-delibera tamen:
qui contingunt absque plena advertentia
vel... pleno consensu voluntatis

MAJOR: DECL; quia non intelligitur potentia expedita in nullam in actum prodicens.

MINOR: ex Jacobi III,2, ubi nota quod non agitur de peccato mortali, quia "omnes" includit justos.

cf. Q. 107. Omnes patres intelligent hunc dictum sec. mothes

PROPOSITUR II (EX PP) *sententiam.*

Mt 6,12 explicata Melchioris Denz. 107,108

DIFFICULTATES.

- 1- Si thesis esset vera, non posset propositum concipi nec oratio fieri **de omnibus vitandis venialibus.**

Atqui potest...

Ergo thesis non est vera.

- Dist. ant. omnibus stricto sensu, C.

Lato sensu, N.

Contr. min:

- 2- Ex thesi sequitur non posse eidi votum **de venialibus omnibus vitandis.**

Atqui potest, Ergo...

Dist. Maj: Omnibus etiam subreptitiis, C.

deliberatis, N.

Contr. min:

- 3- Ex thesi sequitur venialia non esse imputabilia.

Atqui sunt. Ergo...

Dist. maj: Si essent impotentia physica, C.

moralis:sbd: determinata

Tr.

indeterminate

N.

Supplementum

(Addendum ad difficultates, p.20)

Obj.1.- Scriptura testatur multos in hac vita fuisse perfectos. Sic de Job (cap.1,8) legitur: "Non est ei similis in terra, homo simplex et rectus ac timens Deum et rocedens a malo", de Zacharia et Elisabeth, (Luc.1,6): "Erant autem justi ambo... incedentes in omnibus mandatis et justificationibus Domini sine querela", et apud Mt.,1,19: "Joseph autem, vir ejus, cum esset justus" . Ergo.

Resp. - Dist. antec. Scriptura testatur multos in hac vita fuisse perfectos perfectione consummata propria beatorum, N. perfectione propria viatorum, C. - Duplex est perfectio hominis: Perfectio patriae, ubi nihil inquinatum est; et perfectio vias, ubi flores virtutum nequeunt esse absque ullis spinulis peccatorum.

Inst.1.- Christus apud Mt.,5,48, monet: "Estote ergo vos perfecti, sicut Pater vester coelestis perfectus est". Ergo.

Resp. - Dist. antec. perfecti ad aequalitatem Patris, N. ad similitudinem Patris, subd. quantum patitur conditio praesentis vitae, C. secus, N.

- In textu allato, Christus commendat dilectionem inimicorum et prefert exemplum Patris "qui solem miri facit super bonos et malos..." et concludit per verba: "Estote ergo vos perfecti..."

Inst.2.- Apud Joan.,3,9, dicitur: "Omnis qui natus est ex Doo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in ipso rancet; et non potest peccare, quoniam ex Doo natus est". Sed justus ex Doo natus est. Ergo peccare non potest. - Resp. - Apostolus loquitur de peccato Ionthali. "Non potest peccare" dupliciter intelligi potest: a) in sensu composito, i.e. dum est justus, quamdiu nativitatem hanc et semen gratiae divinae conservat, non potest peccare graviter; b) in sensu formalis, i.e. agendo ut est regeneratus, ut nova creature in Christo ex semine Dei, peccare non potest.

Unde dist. homo justus peccare non potest dum est justus, C. Non potest peccare ullo modo, subd. agendo qua justus, C. agendo qua homo, N.

Obj.2.- Secundum doctrinam theos, Deus esset causa peccati. Nam qui est causa causae, est causa causati. Atqui Deus est causa fragilitatis humanae, quae est causa peccati. Ergo si homo ex sua fragilitate necessitaretur ad peccandum, Deus esset causa peccati.

Resp. N. antec. ad prob. Dist. maj. Qui est causa causae est causa causati, in causis physice necessariis, C. in causis liberis vel solum moraliter necessariis, subd. si intendat per se talen nocesitatem moralem, C. si illam tantum permittat, N. Contradist. min. Deus est causa intendens per se fragilitatem naturae humanae, N. permittens eam, C.

-Fragilitas humana se habet ad modum imperfectionis quae naturam consequitur, ideoque non est intenta, sed permissa ab Auctore naturae. Deus per se solum intendit condere naturam humanam libera-ram; quod autem ex imperfectione hujus naturae habeatur necessitas moralis peccandi venialiter, est per accidens et propter intentio-nem Creatoris.

Obj.3.- Homo ex concessis sine privilegio vitare potest seorsim peccata venialia distributive sumpta. Atqui, qui potest vita-re omnia distributive sumpta, successive vitare potest omnia col-lective sumpta. Ergo justus successive totam collectionem pecca-torum venialium vitare potest.

Resp.-C.maj. si potentia proxima vitandi peccata, successive non interrupitur aut nullo modo variatur, C. si successive in-terrupitur aut variatur, N. Pariter dist. cons.

-Intellectus noster natura sua ita debilis est, ut nequeat es-se continuo vigil, advertens omnem honestatem et dishonestatem mo-tuum appetitus sensitivi; voluntas, natura sua incorsens, propter di-versas animi corporisque disposi-tiones passim diversimode dispo-nitur. Unde potentia proxima successive vitandi omnia venialia saepenumero interrupitur et variatur. Cum igitur in illis adjunc-tis in quibus intellectus videtur sopire, et voluntas languescit et examinatur, saepius molestissimae insurgunt tentationes; morali-ter impossibile est ut homo tot tantisque tentationibus vexatus, nulli earum per totum vitae spatium nec somideliberate quidem con-sentiat.

Obj.4.- Si homo absque speciali privilegio quod non habet, es-set impotens ad vitanda omnia peccata venialia, eo ipso esset ex-ousabilis. Atqui non est, si quidem revera peccat. Ergo.

Resp. Dist.maj. Si esset impotens impotentia physica, C. si morali, subd. morali determinata, C. indeterminata, N.

*Lei nat. = est regula quae rationi naturale non preceperis
bonum et malum videt.*

21

Utrum ad observandum Regulum naturale et tentationes
supradictam necessaria sit gratia Christi.

May. 434.

THEISIS IXa Etiam 4

MICUIT HOMO IN PRAESENTI STATU ABSQUE DIVINAE GRATIAE
AUXILIIS, NE QUACD SUBSTANTIAM QUIDEM TOTAM LEGEM INTUSA-
TEM DIU SERVARE. 2) NEQUE POTEST GRAVEM ULLAM TENTATIO-
NEM VINCERE, ETSI VICTORIA NON SALUTARI, SED SOLUM SUFFI-
CIENTI AD PECCATUM VITANDUM.

NEQUINT HOMO: agitur de impotentia morali. *impotentia ex acto depe ut in
accusacione precedenti thesi.* Magno diffi-

SERVARE TOTAM LEGEM NATURALLEM ita ut servare sit mo-
ter bonus in ordine naturali; ex naturali motu naturale locato.
DIU: per plures menses.

TENTATIO: sollicitatio ad peccatum a diabolo, ex mundo

GRAVE: agitur de tentatione gravi, *qua' est hincen' exco' a p'ce. mortal'*

VICTORIA NON SALUTARI: ex naturali sine honesto, v.g. ex
cupitudine peccati.

Ad victoriam salutarem gratia est necessaria, ex Br. 5;
ad victoriam peccaminosam gratia non est necessaria, v.g.
noto infibriari ita ut sim capax furandi.

ULLAM TENTATIONEM: etiam distributive, i.e. in se sumpta.

Hujus impotentiae terminus directus est series instantia-
tum quibus durat tentatio, et terminus indirectus est
instans indeterminatum in se et determinandum a voluntate
libere deficiente.

ABSQUE DIVINAE GRATIAE AUXILIO: ex natura rei non existit
gitor gratia entitative supernaturalis, sed extrinsec-
supernaturalis. Utrum semper et omnibus, disputatur; sed
abstrahimus ab hac questione.

IN PRAESENTI STATU: i.e. in statu naturae lapsed per
peccatum originale et reparata per Christum,

c. 230 *Rationalitas*

ADVERSARII: PELAGIANI negant thesim.

NOTA: 1) pars: CERTA ET COMMUNIS.

2) " ; pro omnibus tentationibus: CERTA et COM-
pro singulis: PROBABILIOR.

D 103, 104, 105, 132, 182, 183, 806, R 1162,

Diff. 1a.

① Nota ad hoc solum ut homo tentatus non cedat sufficit
auxilium entitative naturalis; quod si proprius meus
kti in ordine ad actionem optime concedetur, recte
supernaturale quoad modum dicitur.

PROBATUS I

Nequit homo in praesenti statu absque divinae gratiae auxilio, ne quoad substantiam quidem diu servare totam legem, ~~qui~~ repugnat concupiscentiae.

ATQUI lex naturalis est lex, ~~qui~~ repugnat concupiscentia.

ERGO nequit homo, in....

MAJOR: ex Rom. VII, 18 ad 25. (Non agitur de peccatis in hinc versiculis sed de concupiscentia.)

In hoc toto textu apparet moraliter impossibile servare legem totam diu, cui opponitur concupiscentia. Ne quoad substantiam quidem quia concupiscentia impedit observantiam legis naturalis etiam quoad substantiam.

MINOR: decl. quia concupiscentia opponitur omni homini morali.

PROBATUS II (Ex PP) R. 1162, 1179, 1231, 1933, 1941

PROBATUS III

Nequit homo in praesenti statu, absque divinae gratiae auxilio, ne quoad substantiam quidem diu - posservare totam legem cui opponitur multas occasiones delinquendi et frquentes tentationes.

ATQUI lex naturalis est talis.

ERGO nequit homo in praesenti statu, absque divinae gratiae auxilio, ne quoad etiam, diu observare totam legem naturalem.

MAJOR: et MINOR: ex experientia.

Pars 2a.

PROBATUS I

Stat 2a pars, si implorandum est auxilium Dei ad vincendum gravem temptationem, etsi Victoria non salutari.

ATQUI implorandum est... ERGO stat 2a pars.

MAJOR: evidens.

MINOR: ex Mt., XXVI, 41 " Vigilate et orate, ut non

PROBATUS II (Ex PP) praesertim ex Joan Chrysos.

Ps. 17, 30; 24, 15; 29, 8; 112, 13;
1 Cor 10, 12; 2 Cor 12, 7;

R. 548, 1191, 1210, 1263
1404, 1406, 1592, 1718,
2201;

Supplementum

(addendum ad diff. p.23)

Obj. 1. - In Deut., 30, 11 legitur: "Mandatum hoc quod ego praecepio tibi hodie, non supra te est, neque procul positum". Atqui in hoc mandato continentur praecepta legis naturalis. Ergo homo habet vires ad servandam legem naturalem.

Resp. - Dist. maj. Mandatum hoc non est supra te, agentem cum viribus gratiae, C. agentem cum solis viribus naturae, N. C. min. Dist. cons. homo habet vires physicas, C. morales, subdist. ex sua natura, N. ex gratia, C.

Noyses loquitur hic de lege, non solum naturali, sed etiam scripta; ad quam implendam absque dubio requiriatur gratia.

Inst. Deus impossibilia non jubet. Atqui Deus jubet servare totam legem naturalem. Ergo observantia legis naturalis non est homini impossibilis. Resp. C. maj. et min. Dist. cons. Est homini possibilis per solas vires naturae, N. per vires gratiae, C.

Obj. 2. - Potest contingere ut intra longum tempus nulla occurrat gravis tentatio contra legem naturalem. Ergo saltem in hoc casu poterit homo sine gratia servare totam legem naturalem.

Resp. - Trans. antec. N. cons. Ratio negationis est duplex:

a) quia ad peccandum non requiritur tentatio gravis; sufficient nativa voluntatis inconstans et defectus firmitatis in bono honesto, ut homo sibi dero lictus facile labatur;

b) quia hoc ipsum quod nulla occurrat gravis tentatio, testante S. Aug., beneficio gratiae tribui debet.

CONTRA 2^{am} PARTEM:

Obj. 1. - Ex Gen., 4, 7: "Korime si bene operis, recipies; sin autem male, statim in foribus peccatum adorit? Sed sub te erit appetitus ejus, et tu dominaberis illius". Ergo concupiscentia est sub nostra potestate. Resp. - Dist. cons. Concupiscentia est sub nostra potestate physica, C. morali, subdist. sine gratia, N. cum gratia, C. - Scriptura supponit gratiam, quam Deus nemini negat.

Obj. 2. - Lures homines sine gratia, ut Romani aliquo pagani, triumpharunt de gravissimis temptationibus ne ab officio deficirent. Immo nonnulli haeritici pro fide ipsam mortem superarunt.

Resp. - Dist. antec. Triumpharunt victoria vitiosa, ex motivo vanae gloriae, vel lucri, vel amoris mundani, C. Victoria honesta, subdist. accedente speciali auxilio Dei, C. sine hoc auxilio, N. - Haereticus formaliter talis non improbabilitas dicitur mori ex aliquo motivo humano, praeceps ex proprii iudicii pertinacia.

Alias obj. reprias apud Borazam, nn. 282-285 et 297-300.

DIFFICULTATES.

- 1- Gentes naturaliter observant legem
 Ergo falsa thesis.
 Dist. Ant. sine lege scripta, C.
 sine gratia, N.
- 2- Natura est proportionata legi naturali,
 Ergo false thesis.
 Dist. Ant.; sunt in eodem ordine, C.
 habet potentiam physicam observandi, C.
 " " moralem, sibi;
 cum gratia, C.
 sine gratia, N.
- 3- Falsa est thesis ex qua sequitur statum naturae purae esse impossibilem.
 Atqui ex nostra thesi hoc sequitur.
 Ergo
 Conc. maj. et Nego min. quia in statu naturae purae auxilium aliquod naturale debitum esset et daretur.

Utrum absque gratia sanctificante et alijsque fidet
immo absque ulla gratia, possit aliquot bona opera
facere.

THEISIS Xa

1)POTEST HOMO, ABSQUE GRATIA SANCTIFICANTE, BONA
ALIQUA OPERA EFFICERE. 2)ED POTEST ABSQUE GRATIA
FIDEI, 3)IMMO IDIPSUM POTEST, ABSQUE ulla GRATIA.

BONA ALIQUA OPERA: quae non sunt peccata.
GRATIA SANCTIFICANS: est gratia habitualis et
permanens.
FIDES: est virtus qua creditur tota revelatio.

ADVERSARIUS: NOVATORES et JANSENIANI.

NOTA: 1)pars: de FIDE CERTA ex Trid. 617

2 pars et 3a: de FIDE CERTA. Pro V n. 1025 1027

Propositiones damnatae:

D 817 1a pars: "Si quis operari, opera omnia quae ante
sanctificationem fiunt, quacumque ratione facta sunt
vere esse peccata". A.S. 11

Responsio: Nos dicimus: non omnia opera.

D 1025 2a pars: "Omnia fidelium opera peccata sunt, et
philosophorum virtutes vitia."

Responsio: Ergo non omnia...

-D 1024 3a pars: "Liberum arbitrium sine Dei adjutorio
non nisi ad peccandum valet".

Responsio: Ergo liberum arbitrium non TANTUM ad
peccatum valet.

Pars la.

PROBATUR :

Potest homo, absque gratia sanctificante, bona
aliqua opera efficere, si Deus hortatur peccatores
ad orandum.

ATQUI hortatur peccatores ad orandum.

ERGO.....

MAJOR: decl. quia Deus non hortatur ad peccatum.

MINOR: decl. ex Eccl.XXI,l."Fili, peccasti? non
adjicies iterum, sed et de pristinis deprecare ut
tibi dimittantur."

Pars 2a

PRVERATUR: Deus hortatus infideles ad quaedam opera facienda.

ATQUI di ita est potest homo, absque gratia fidei, aliqua bona opera effacere.

ERGO potest homo absque gratia fidei bona aliqua facere.

MAJOR: ex Danieli IV,24 ad Nabucho... "Peccata tua eleemosynis redime et iniquitates tuas, misericordiis pauperum; forsitan ignoscet delictis tuis". Nabucho... non fidem habebat.

MINOR: quia Deus non hortatur ad peccatum.

Pars 3a.

PROBATOR: Ex PP. DIFFICULTATES.

1.- S. Augustinus dicit: Infideles sine gratia nihil boni facere.

Dist. Ant: Nihil boni supernaturalis, C.

2.- Arbores male non potest fructus bonos facere.

Arbor male est peccator.

Arbor male non potest fructus bonos facere.

Atqui arbor male est peccator,

Ergo falsa gthesis.

Conec. Maj. et Nego min. quia arbōr mala est prava doctrina, quae non potest facere homines bonos.

Alia responsio: fruncus bonos, i.e. salutares, C.

3.- Alia responsio: C. maj.; et dist. min:

peccator agens ut peccator, C.

" " non ut peccator, S.

3.- Oratio peccatoris est execrabilis. (Prov. XXVIII)

Ergo etiam aliae actiones sunt execrabilis.

Dist. Ant.: Peccatoris ut peccatoris, C.

" " hominis, N.

4.- Coinquinatis et infidelibus nihil est mundum. (Tit. I)

Dist. ant. ex fide theologica, N.

ex bona fide, C.i.e. secundum dictamen conscientiae.

Dist. ant: agentibus ex superstitione, C.
in alio sensu, N.

5. Quod non est ex fide, est peccatum. (Rom.XIV,23)

Dist. Ant: ex fide theologica, N.

Ex bona fide, C.i.e. secundum dictamen
conscientiae.

6. S.Augustinus: Liberum arbitrium ad nihil valet
nisi ad peccatum."

Dist. Ant: In ordine salutis, C.

In alio ordine, N. (In ordine naturali)

7. S.Augustinus: "Quod non ex caritate, est peccatum

Dist. Ant: Ex caritate, i.e. ex honestate, C.

Ex caritate theologica, Sbd:

contrarie, C

negative, sbd:

est peccatum i.e. non tendit
ad salutem, C.

est peccatum stricto sensu, N.

8. Opera non tendentia in finem supernaturalem
sunt mala.

Atqui sine fide et gratia non tendunt in
finem supernaturalem.

Ergo sunt mala.

Dist. Maj: si nullo modo tendunt in Deum, C.

si non tendunt in finem supernaturalem;

sunt mala i.e. non tendunt ad salutem, C

sunt mala i.e. sunt peccata, N.

Min: non tendunt in Deum, N.

non tendunt in finem supernaturalem, C.

OMNIS

27

DE GRATIA SUFFICIENTE ET EFFICACI

Utrum in praesenti statu detur gratia vere et pure sufficiens.

May 4/70 **THEISIS** 11a
DATUR IN PRAESENTI STATU NATURAE RAPSAE ET REPARATAE GRATIA VERE ET PURE SUFFICIENS.

Hildegardis
bij 1.00
post peccatum originale. *Gratia sufficiens nota est de data sufficiens ad actionem supernaturalem sed per actionem huiusmodi inutilis*
REPARATÆ: per Christum.
GRATIA VERE SUFFICIENS: est potentia ipsi agendi secundum voluntatem, completa relativa ad circumstantias in quibus invenitur subjectum.

GRATIA PURE SUFFICIENS: est gratia cum carentia ex parte humana, causata salutaris, ex defectu voluntatis. (Nolo) consideratio

Gratia sufficiens proxime dat immediate potestiam faciendi id quod fieri debet.

Gratia sufficiens remote dat immediate potentiam faciendi aliquid opus facilius, quo mediante validius auxilium obtinebitur ad faciendum quod fieri debet, v.g. gratia orandi ad vincendum temptationem.

DATUR: existit.

ADVERSARI: 1) NOVATORES... "Omnia gratia est necessitans."

2) JANSENISTAE = cogit ad agendum.

Admittunt gratiam parvam, i.e. absolute non relativa sufficiens. cf. Sententia damnata Dz. 1692

NOTA: DE FIDE CAT. ex Innocentio n. 1092 et 1093

n. 1092: gratia vere sufficiens;

n. 1093: Gratia pure sufficiens.

D 200, 319, PROBATOR I (Ex SS.)

321, 348, 430, Datur in praesenti statu naturae Rapsae et reparatae gratia dans completam potentiam relativam a 797, 804, gendi salutariter et conjuncta cum carentia scius 814, 817, e. salutaris.

1092-96 ATQUI haec est gratia vere et pure sufficiens.

1054, 4066, ERGO datur in praesenti statu....

1296, 1354-64,

1367-72, 1521

1791, 1792

^{p1}
f1 65,2; 1Cor 10,13; Rom 3,4,28; 11,22; f1,15,22-24. 1Thess 15,19. 2Cor 6,1; Cip 3,20.
act 7,51.

28

MAJOR: Ex Isaia V,3: "In quod expectavi ut face-
ret uvās, et fecit labruscas".

Deus dedit potentiam completam relativam, quia
jure Deus expectabat bones fructus cum carentia
actus salutaris, quia bone opera non sunt facta.

MINOR: patet ex definitionibus.

PROBATUR II (Ex PP) 244, 247, 622, 1158, 1159, 1220, 1219,
PROBATUR III (Ex ratione theologica.) 12im 2, 1-4

Datur in praesenti statu lapsae et reparatae gra-
tia plene sufficiens ad salutem et non producens
salutem.

ATQUI haec est gratia vere et pure sufficiens.

ERGO in praesenti.....

MAJOR: 1) quia Deus vult vere et sincere omnium
salutem--- ut probatur alibi: cf: Tr. de Deo Creante.

2) quia multi damnantur.

MINOR: ex definitionibus.

DIFFICULTATES.

1) Nemo resistit voluntati Dei.

Ergo non datur gratia pure sufficiens.

Dist.Ant: absolutae voluntati, C.
conditionate, N.

2- S.Augustinum: Gratia nunquam caret effectum.

Dist.Ant: Gratia efficax, C. Gratia generativ, N.

3- S.Augustinum: Gratia pure sufficiens non est vera
sufficiens.

Dist.Ant: Gratia est impotens consequenter, C.
antecedenter, N.

4- S.Augustinus rejicit gratiam possibilitatis et
gratiam communem.

Dist.Ant: in sensu Pelagiano, C. (sufficiens est li-
berum arbitrium secundum illos)
in sensu Catholicō, N.

5- S.Augustinus admittat gratiemparyam.

Dist.Ant: remote sufficiens, C.
non relative sumptum, N.

6- Gratia pure et vere sufficiens repugnat; nam posita gratia pure sufficiente homo non potest agere, secus gratia pure sufficiens fieret efficax
Resp: Nego, assertum.

Dist. prob: impotentia antecedente, N,
impotentia consequente, C.

7- Gratia est motio.

Atqui repugnat motio sine motu.

Ergo repugnat gratia sine motu.

Ergo repugnat gratia pure sufficiens.

Dist. Maj: Excitatio, C.

Determinatio, N.

- St. Augustini Adocet exercitio gratiam quae sit posse agere. R. 1436, 1635, 38, 1955, 58,
- B. Ideo sunt peccata quia volumus ea 1955, 58,
- c) vitare cum gratia quae precepito est, R. 1718, 1720, 1722,
- c) Semper habemus gratiam orandi 1753, 1925, 1945,
- et gratia aliquid deest quae non volumus orare. R. 1722.
- D) Homo non nesciret nisi prius ipso deseratus. R. 1792, 1795, 1889, 1957, 1960,

30

Utrum gratia pure et vere sufficiens sit Dei
beneficium.

THESES XIIa

GRATIA SUFFICIENS VERUM HABET RATIONEM BENEFICIUM TUM 1) MATERIALITER, QUATENUS DE SE ACCIPEENTI UTILIS ET 2) BENEFICIUM FORMALITER, QUATENUS A DIVINA BENEVOLENTIA PROCEDIT QUA UTILIS.

GRATIA SUFFICIENS: vide th. praec.

BENEFICIUM MATERIALITER: est donum recipienti utile in actu primo et collatum qua utile, i.e. ut consentiam.

BENEFICIUM FORMALITER: est donum recipienti utile in actu secundo et collatum qua utile i.e. est mea intentio ut eas.

ADVERSARII: JANSENISTAE: gratia pura sufficiens non est beneficium sed inutilis est et perniciosa, quia cum ea homo peccat.

NOTA: 1) pars DE FIDE CERTA n. 1296
2) " CERTA et COMMUNIS.

Pars 1a.

PROBATUR:

Gratia sufficiens est potentia ggendi cum carentia actus, ex defectu hominis.

ATQUI talis potentia habet veram rationem beneficii materialiter, quatenus de se est accipienti utilis in actu primo.

ERGO gratia sufficiens veram habet... materialiter, quatenus de se est accipienti utilis.

MAJOR: ex definitione gratiae sufficientis.

MINOR: quia materia beneficij materialiter debet judicari in se sed non ex abusu recipientis.

Pars 2a

PROBATUR : (beneficium formaliter)

Gratia sufficiens procedit a Deo sincere volente omnium salutem.

ATQUI quod ita procedit a Deo est beneficium formaliter, quatenus a divina benevolentia procedit qua utilis.

ERGO gratia sufficiens est beneficium formaliter
quatenus a divinis benevolentis procedit.

MAJOR: probatur alibi; cf De Deo Creante.

MINOR: quia tale donum procedit a Deo volenti utilitatem gratiae sufficientis et tolerante ejus inutilitatem. (permittit negative.)

DIFICULTATES.

1- Deus posset dare gratiam efficacem.

Atqui non est beneficiens. Ergo falsa thesis.

Dist. : Et hoc esset maius beneficium, C.
" " " " unicum " , N.

2- Pater dans filio pecuniam qua uovit filium deus surum, non est beneficiens erga filium.

a pari Deus dans homini gratiam sufficientem.

C. Ant.: Nego consequentiam et paritatem. Quia pater tenetur impedire, quantum potest, abusum filii non ita Deus abusum hominis. (secus auferatur libertas)

3- Melius est non habere quam habere gratiam sufficientem. Ergo haec gratia non est beneficium.

Dist. Ant: si gratia sufficientis esset inutilis de se, C.
" " " " ex defectu voluntatis, N.

4- Melius fuisset Iudee si natus non fuisset.

Ergo melius fuisset si homo gratiam sufficientem

non acciperet.

Dist. ant: antecedenter ad traditionem, N.
consequenter...C.

5- Non possumus postulare gratiam sufficientem.

Ergo non est beneficium.

Dist. ant: vere sufficientem, N. pure sufficientem, C.

Dist. cons: si esset de se pure sufficientis, C.

cum sit talis ex defectu voluntatis, N.

6- Gratia sufficientis est modum ex quo sequitur ruinam.

Dist. ant: per se, N. per accidens, sed: intenta a Deo

non intenta: N.

sed: et Deus tenetur impeditur ruinam, N.

et non tenetur, sed:

et agit sine ratione, N.

et agit cum ratione, C.

In quo gratia efficax differat a sufficiete.

THEISIS XIIIIa

GRATIA EFFICAX IN ACTU PRIMO SPECTATA ET ENTECEDENTER AD CONSENSUM 1) ADDIT SUPRA GRATIAM PURE SUFFICIENTEM INFALLIBILEM CONNEXIONEM CUM CONSENSU ET MAJUS BENEFICIUM, SED 2) NON ADDIT EFFICACIAM VIRTUTIS ET NOVAM ENTITATEM.

GRATIA EFFICAX: ut supra.

Heec efficacia est triplex:

- 1) Virtutis... Potentia producendi effectum.
- 2) efficacia actualis.. est productio effectus.
- 3) Efficacia connectionis.. est infallibilis/ nexus cum effectu.

Quoad efficaciam actualēm; gratia sufficiens et gratia efficax evidenter differunt in actu secundo.

SENSUS theseos:

1a pars: (quoad efficaciam connectionēs); Gratia sufficiens et gratia efficax differunt in actu lo et ideo gratia efficax est majus beneficium.

2a pars. (quoad efficaciam virtutis) gratia sufficiens et gratia efficax non differunt in actu lo.

ADVERSARII: THOMISTAE, qui negant 2am partem quia gratia sufficienti alia gratia addenda est ut habeatur gratia efficax, et ideo gratia sufficiens dicitur talis, ut ignis dicitur sufficiens ad comburendum, quamvis debeat applicari combustibili. Homo resistens gratiae sufficienti peccat et se privat gratia efficaci.

NOTA: la pars est CERTA et COMMUNIS. n.1090

2a pars est PROBABILITY.

Pars la.

PROBATUR:

Gratia efficax in actu lo est gratia a Deo concessa ex absoluta voluntate consensus.

ATQUI gratia ita concessa addit supra gratiam pure sufficientem infallibilem connectionem cum consensu et majus beneficium.

ERGO gratia....

33

MAJOR: ex Epist. ad Rom.; 8,28 et sqq. et ex PP.
MINOR: quia secus voluntas Dei absolute posset
frustrari.

Pars 2a.

PROBATUR:

Una eademque gratia potest esse in uno parte sufficiens et in alio efficax.

ERGO stat 2a pars.

ANT: 1) ex Mt. XI,21.

2) Ex PP.

3) ex ratione quia remanet voluntas ut infra probabitur.

DIFFICULTATES.

1- Quod dat agere majus est eo quod dat posse agere
Ergo falsa 2a pars.

Dist. Ant: posse remote, C.

" proxime, :

sbd: majus ex parte termini seu actiones, C,
" " " principii, N.

2- Gratia est versatilis.

Atqui gratia efficax non differens a sufficiente
esset versatilis.

Ergo differt gratia efficax a sufficiente.

Dist. Maj: Non potest movere ad bonum vel malum, C.

Infart consensum ex sola sua natura, N.

Contra Min:

Nego cons.

Utrum sub influxu gratiae efficacis integra maneat libertas?

THEISIS XIVa

IN PRAESENTI STATU NATURAE LAPSAE ET REPARATAE PER CHRISTUM GRATIA EFFICAX NULLAM HOMINI INFERT NECESSITATEM.

NULLAM NECESSITATEM: homo, si vult, potest resistere gratiae efficaci.

ADVERSARI: NOVATORES et JANSENISTAE.

NOTA: DE FIDE CATH. ex Trid.n.814

PROBATUR: I (Exam)

In praesenti statu gratia efficax facit hominem ita observare legem ut possit eam transgredi.

ATQUI gratia talis nullam homini infert necessitatem...

ERGO In praesenti statu gratia efficax nullam infert necessitatem.

MAJOR: ex Ecclesiastico XXXL, 10

MINOR: quia, qui ita rem efficaciter manet liber.

PROBATUR II (Ex PP.)

PROBATUR III (Ex ratione)

In praesenti statu gratia efficax meritum ab homine non aufert.

ATQUI quod meritum non aufert, nullum infert necessitatem.

ERGO in praesenti statu gratia efficax nullam infert necessitatem.

MAJOR: quia opera salutaria sunt meritoria

MINOR: in tract; De Merito.

DIFFICULTATES.

1. Deus per gratiam irresistibiliter trahit hominem.
Ergo... Dist. Ant: Auferendo libertatem, N.
vocando per praevisionem consensu
2. Homo tendendo ad salutem resuscitatur.
Atqui hic non potest resistere.
Maj: resuscitatur proprie, N. metaphorice, C.
Min: contr.

*C. Index
P. 334*

35
Quodnam sistema sit praederendum?

THEISIS XVA:

EX SYSTEMATIBUS QUAE IN SCHOLIS CATHOLICIS PROPO-
NUNTUR AD CONCILIANDAM LIBERTATEM HOMINIS CUM EFFI-
CIA GRATIAE VIDETUR PRAEFERENDUM SYSTEMA MOLENAE.

Quaeritur QUOMODO STET LIBERTAS cum infallibili-
tate gratiae ad praecepsum effectum?

N.B. Haec infallibilitas est triplex:

- 1) OBJECTIVA: consensus infallibiliter ponetur
- 2) COGNOSCIIVA: cognoscitur infallibilitas a Deo
- 3) AFFECTIVA: intenditur a Deo.

SYSTEMA THOMISTICUM est praedeterminatio physica.

Gratia movet voluntatem insuperabitur ad motum
Unde infallibilitas objectiva est praedeterminatio
physica; cognosciiva; praedeterminatio co-
gnitiva a Deo; affectiva; dictum praedeterminatio.

Remanet libertas, sed non potest exerceri eo mo-
mento.

SYSTEMA AUGUSTINENTIUM: gratia efficax infalli-
bilitate trahit voluntatem non physice sed moraliter
i.e. majori delectatione. Unde infallibilitas

a) objectiva: gratia efficax ab intrinseco trahens

b) cognosciiva: Deus scilicet habeat delectationem ma-

jerem esse.

c) affectiva: Deus vult dare hanc gratiam.

Libertas remanet quia gratia trahit moraliter
non physice.

SYSTEMA MOLENAE: gratia est efficax quia homo
libere consentit. Infallibilitas sequitur exercitium
libertatis. Unde infallibilitas:

a) objectiva: habetur quia voluntas se determinat

b) cognosciiva: habetur per scientiam medium.

c) affectiva: habetur quia Deus vult dare gratiam
quam praeviuet infallibilem consequenter ad exer-
citium libertatis.

Evidenter remanet libertas, ex hoc systemate.

36

CONGRUISMUS: efficacia gratiae venit ex ejus convenientia cum hominis ingenio, affectibus et ceteris circumstantiis. Hoc systema (Suarezii) reducitur ad Molinismum vel ad systema Augustinientium.

NOTA: thesis est PROBABLIS.

PROBATUR I

Systema in quo verificatus identitas inter gratiam pure sufficientem et gratiam efficacem in actu primo, videtur praferendum systematibus in quibus haec identitas non verificatur.

ATQUI tale est systema Molinae.

ERGO systema Molinae stat.

MAJOR: ex th. 13 parte 2a

MINOR: quia in aliis systematibus, gratia efficax est ab intrinseco talis. (Molinae vero ab extrinseco)

PROBATUR II(Exam)

Systema in quo salvatur libertas hominis et gratiae efficacis infallibilitas videtur praferendum systematibus in quibus haec non salvantur.

ATQUI ita in systemate Molinae, non in aliis.

ERGO.....

MAJOR: Evidens.

MINOR: 1) est evidens ex ipso systemate Molinae.

2) non salvatur ab aliis: quia in systemate Thomistarum non videtur salvari libertas hominis; in systemate Augustinientium vel non salvatur infallibilitas gratiae quia haec efficacia est moralis tantum, vel non salvatur libertas si necessitas est absoluta.

SCHOLION: De systemate Syncretismi.

1) Quid est?

Ad difficultiora opera requiritur gratia Thomistica vel Augustinientium, ad facilitiora opera requiritur gratia ab extrinseco efficax, sed non admittitur scientia media.

2) Quomodo refutatur?

Sicut systema Thomisticum et Augustinientium. Præterea non explicatur quomodo gratia ab extrinseco efficax possit esse infallibiliter efficax sine scientia media.

37
DIFFICULTATES.

- 1- Juxta SS. Deus operatur in nobis TQ velle mutat corda hominum, facit in bonis quidquid vult.
Dist. ant: praedeterminando, N.
dando gratiam cui praevidit nos consensu[m]o
- 2- Juxta SS. homo non discernit seipsum et nihil habet quod non accipit a Deo.
Atqui si thesis est vera, homo discernit seipsum et aliquid habet quod non accipit a Deo.
Dist. maj: discernit ut causa principalis, C.
" " " secundaria, N.
Alia resp: C. Maj.; et Nego min.
- 3- Juxta SS. homo in nihil gloriari potest.
Atqui si thesis est vera, homo potest gloriari in suo consensu[m].
Dist. Maj: Tqm non acceptum a Deo, C.
" acceptum a Deo, N.
- 4- Juxta SS. in negotio salutis totum tribuitur Deo.
Dist: Tqm causae principali, C.
Tanquam causae unicae, N.
- 5- Initium salutis non est a nobis.
Dist: non a nobis, vel solis vel merentibus primam gratiam vel ad eam nos positive disponentibus, C.
secus, N.
- 6- Juxta thesim nostram Deus expectaret consensum.
Atqui juxta PP. et Concilia non expectat.
Dist. maj: consensum hominis agentis sine gratia, N.
cum gratia, sibi: expectaret proprie, N.
logice, sibi;
et cognitio esset causa gratiae, N.
et non esset causa gratiae, C.
- 7- (Ex ratione)
Indifferens debet determinari.
Atqui voluntas hominis est indifferens.
Ergo debet determinari.
Dist. maj: indifferens indifferencia passiva, C.
activa, N.

38

- 8- Potentia activa non est actu.
Atqui quod non est actu debet praedeterminari.
Dist.maj: tr.
Dist.min: praedeterminari proprie, N.
" " improprie, C. (excitari)
- 9- Potentia indifferens non habet actum.
Ergo non potest sibi dare actum.
Dist: formaliter, C.
virtualiter, N.
- 10- Ex S.Thoma Deus est primum liberum.
Atqui si thesis est vera, Deus non est primum
liberum.
Dist.maj: primum per essentiam, C.
unicum, N.
- 11- Deus movere voluntatem hominis.
Atqui movere voluntatem est eam praedeterminare
Ergo Deus praedeterminat voluntatem.
Dist.maj: ad bonum universale vel per gratiam exci-
tem tem, C.
ad bonum particulare, N.

39

Utrum sit dispensatio gratiae gratuita?

THEISIS XVII.

NULLA NATURALIS ORDINIS OPERA POSSUNT PRIMAM GRATIAM MERERI SIVE DE CONDIGNO SIVE DE CONGRUO, 2) NEQUE POTESIT HOMO NATURALIBUS VIRIEBUS IN PRAESENTI SALTEM PROVIDENTIA, EAM IMPETRARE, 3) VEL AD EAM SE POSITIVE DISPONERE.

MERERI DE CONDIGNO: aliquomodo ex iustitia.

MERERI DE CONGRUO: ex liberalitate et decentia.

DISPOSITIO: aptitudo.

Dispositio negativa: non ineptitudo, (absentia obiciis)

Dispositio positiva: aliqua exigentia.

IMPETRATIO: vis moralis movens ad beneficium conferendum; competit petitioni ac proinde orationi.

IN PRAESENTI PROVIDENTIA: quia in alio providentiae ordine preces naturae fortasse possunt impetrare gratiam.

ADVERSARI: 1- Pelatiani = De condigno.
2- SEMI-PELAGIANI; De congruo.

NOTA: 1) CERTA ex Tridi 797

2a et 3a partes: CERTAE ut conclusae ex Araus. So 179.

Pars Ia

PROBATUR I:

Benedictio Dei non propter opera hominis homini datur.

ERGO stat la pars.

ANT: ex Hom. IX, 16

PROBATUR II (Ex PP.)

PROBATUR III (Exam)

Nulla naturalis ordinis opera possunt mereri sive de condigno sive de congruo rem quacum nullam habent proportionem;

ATQUI nullam habent proportionem cum prima gratis.

ERGO...

MAJOR: evidens.

MINOR: quia gratia est supernaturalis.

PROBATUR:

Si posset homo viribus naturalibus in praesenti saltu providentia primam gratiam impetrare, gratia non esset necessaria ad initium salutis.

ATQUI est necessaria.

ERGO....

MAJOR: quia haec impetratio esset initium salutis.

MINOR: ex th. 6a.

Pars 3a

PROBATUR:

If posset homo naturalibus viribus se positive disponere ad primam gratiam, gratia non esset necessaria ad initium salutis.

ATQUI est...

ERGO....

MAJOR: quia dispositio positiva esset initium salutis.

MINOR: ex th. 6a. quia dispositio positiva ad gratiam est exigentia quae non competit naturae relate ad gratiam.

SCHOLION: Axioma: "Facienti quod in se est, Deus non denegat gratiam" significat:

1) facienti quod in se est per gratiam actualem Deus non denegat gratiam habitualem.

2) facienti quod in se est per gratiam priorem, Deus non denegat gratiam uberiorem.

3) facienti quod in se est per gratiam supernaturalem quoad modum Deus non denegat gratiam supernaturalem quoad substamtiam. Ex hon ultimo, siquitur quod infideles possunt se negative disponere ad primam gratiam.

DIFFICULTATES.

1- Ex th. sequitur quod Deus est acceptor personalis. RESP: Nego, ant: Equia gratia est indebita et quia Deus dat omnibus gratiam sufficientem.

2- Ex th. sequitur quod non omnes possunt salvari.

RESP: Nego ant: quia Deus dat omnibus gratiam sufficiens.

3- Deus distribuit talenta secundum propriam virtutem
Dist: cum gratia praeveniente, c.

sine ea: sibi: talenta= gratias gratis datae, c
" = gr. gratum facientes, "

Proponitur status questionis quoad ambitum dispositionis gratiae.

THESES XVIIa

define for side
gratia
 GRATIAM SALTEM REMOTE SUFFICIENTEM DEUS CONCE-DIT: 1) JUSTIS CINIBUS, PRAESERTIM VOLENTIBUS ET CRANANTIBUS UT POSSINT DIVINA MANDATA IMPIERE; 2) PECCATORIBUS, ETIAM OBDURATIS, UT POSSINT POENI-TIAM AGERE ET PECCATE CAVERE; 3) INFIDELIBUS ETIAM NEGATIVIS, UT POSSINT SALUTEM CONSEQUI.

D. 28/804
 GRATIA REMOTE SUFFICIENS: cf. th. XIa. Dat imme-diate potentiam faciendi aliquod opus facilius, quo mediante, validius auxilium obtinebitur et faciendum quod fieri debet. V.g. gratia orandi ad vincendas graves tentationes.

SALTEM: ergo fortasse proxime sufficientem.

JUSTI: qui sunt in statu gratiae sanctificantis.

UT POSSINT IMPLERE MANDATA: datur gratia quando urget obligatio.

PECCATORES OBDURATI: firmiter adherentes malo propter diuturnam resistantiam gratiae.

UT POSSINT PAENITENTIAM AGERE: datur gratia quando poenitentia 1) vel est absolute necessaria, v.g. periculum mortis, 2) vel opportuna, v.g. tempore missionis, 3) vel tribulationis.

INFIDELES NEGATIVE: quibus fides nullo modo vel insufficienter fuit proposita. Deus dat illis gratiis medicinales ad leges naturales servandas, quibus, si utuntur, Deus eis dabit gratiam fidei.

INFIDELES POSITIVE: i.e. qui fidem sufficientem propositam nolunt amplecti. Nam habuerunt gratiam, i.e. vocationem ad fidem.

ADVERSARII: JANSENISTAE: negant totam thesim.

NOTA: 1a pars: DE FIDE CAT. ex Innocentio X n.1092

2a pars: CERTE ut conclusa ex Trid. n.807

3a pars: CERTA ex Alexandro VIII n.1295

Pars 1a.

PROBATUR:

Facile est observare mandata.

ATQUI si gratiam saltem remote sufficientem
Deus concederat justis omnibus, non esset facile.

ERGO Deus concedit gratiam... omnibus justis.

MAJOR: ex Mt., XI, 30. *Exclusum est deus non habens fratrem*

MINOR: evidens. *Propterea dicitur quod fratres non sunt fratres*

Pars 2a.

PROBATUR I

Gratiam saltem remote sufficientem Deus concedit
omnibus quos invitat ad poenitentiam.

ATQUI Deus invitat peccatores obduratos ad poe-
nitentiam.

ERGO gratiam saltem remote sufficientem Deus
concedit peccatoribus...

MAJOR: evidens, secus frustra vocaret.

MINOR: ex Prov: I, 23. *Le 532.*

192149 Longueuil
PROBATUR II PP: affirmant gratiam hominibus adesse
quamdiu vivunt. *Macbeth 1220, 1105, 1830, 2697, 2232*

PROBATUR III (Ex ratione theologica)

Gratiam saltem remote sufficientem ut possint
poenitentiam agere et peccata cavere Deus concedit
eis qui semper debent sperare et nunquam possunt
desperare.

ATQUI peccatores etiam obdurati semper debent
sperare et nunquam possunt desperare.

ERGO Deus concedit...

MAJOR: evidens.

MINOR: quia his etiam spes praecipitur, et despera-
tio est peccatum.

Pars 3a

PROBATUR I

Gratiam saltem remote sufficientem, ut possint
salutem consequi, Deus concedit eis quos vult sal-
vos fieri et ad agnitionem fidei venire.

ATQUI Deus vult infideles etiam negativos salvos
fieri.

ERGO....

J. B. Moran, S.J.

Addendum ad diff. p.43.

Mt.12,31 sq. "Ideo dico vobis: omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus; spiritus autem blasphemia non remittetur. Et quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei; qui autem dixerit contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei, neque in hoc saeculo, neque in futuro".

Fontes. Peccatum contra S. Sanctum Augustinus intelligit impaenitentiam finalem; alii dicunt illo textu significari peccatum contra S. Sanctum non esse irremissibile, sed difficile esse de illo salutarem paenitentiam agere. Nam juxta communem modum loquendi S. Scripturæ, in secundo membro propositionis haud raro aliquid affirmatur vel negatur, non simpliciter et absolute, sed relative ad id quod in primo membro statuitur. Hujusmodi mos loquendi frequens erat maxime apud Hebreos, quorum lingua usus est S. Matthæus.

Nunc peccatum in S. Sanctum dicunt esse illud quod est contra bonum appropriatum Spiritui Sancto. Patri appropriatur potentia, Filio sapientia, Spiritui Sancto amor et caritas. Unde peccatum in Patrem dicunt esse quando peccatur ex infirmitate, quae opponitur potentiae; peccatum in Filium, quando peccatur ex ignorantia, quae opponitur sapientiae; peccatum in Spiritum Sanctum, quando peccatur ex malitia, quae opponitur amori et caritati. Sic Petrus peccavit in Patrem, ex infirmitate; Paulus in Filium, ex ignorantia; Judas in S. Sanctum, ex malitia.

Hebr.6,4-6. "Impossibile est enim eos qui semel sunt illuminati, gustaverunt etiam donum cœlestis, et participes facti sunt Spiritus Sancti, gustaverunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesque saeculi venturi, et prolapsi sunt, rursus renovari ad paenitentiam..."

Hujus textus duplex datur expositio vere probabilis. Prima tenet Apostolum negare sacramentum regenerationis, quod est baptismus, iterari posse. Sic Chrysostomus, Athanasius, S. Thomas, 3 p. q. 84, a. 19, ad l., et omnes pene veteres. Altera expositio tenet apostolum hic loqui de paenitentia, eamque affirmare esse impossibilem i.e. valde difficultem peccatoribus gravissimis maxime quo apostatis, qui postquam gustaverunt delicias novae vitae christianaæ, ad judeismum et infidelitatem transiérunt. Sic Cornelius a Lapide et recentes.

Itaque "impossibile est, rursus renovari ad paenitentiam" per sacramentum regenerationis et renovationis, C. secus N. Vel aliter: impossibile, i.e. valde difficile est, C. simpliciter et absolute impossibile, N.

Hebr. 10,25 sq. "Non deserentes collectionem nostram, sicut consuetudinis est quibusdam, sed consolantes et tanto magis quanto videritis appropinquantem diem. Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, jam non relinquitur pro peccatis hostia".

In hoc textu Paulus loquitur de peccantibus peccato apostasiae; de peccato nempe eorum qui deserentes collectionem nostram (Ecclesiam Xti), ad Judaismum vel infidelitatem revertuntur. His, inquit apostolus, nulla jam relinquitur pro peccatis hostia, seu medium salutis (in sensu composito apostasiae), non in lege mosaica sit jam abolita; non in legе novа, cum deseruerint Christum, qui solus est hostia pro peccatis mundi.

Restat igitur ut resipiscant et utantur sacramento paenitentiae, quod est quasi secunda post naufragium ^{placita} tabula. Frustra igitur hoc Pauli testimonium contra thesim objicitur, siquidem omnibus peccatoribus, vel excaecatis et induratis auxilium gratiae a Deo datur.

1, Joan, 5,16. "Est peccatum ad mortem: non pro illo dico ut roget quis". Joannes pro peccato ad mortem orare non jubet, vel quia tale peccatum impenitentia finalis, vel peccatum contra S. Sanctum, vel peccatum apostasiae est, vel quia est peccatum tam difficilis curationis, ut vir eximiae sanctitatis, et populus integer ad impetrandum necessarius sit; ideo ut "non oret quis", i.e. qualisunque pro eo, "quia, ait S. Thomas, (In 2, dist. 43, q. 1 expos. textus) talium conversio quasi miraculosa est".

Cf. Beraza, de Gratia, nn. 434-431; Mazzela, n. 829.

Termini.

Peccatores offendit, ii qui firmiter adhaerent malo propter diuturnam resistentiam gratiae.

Ut possint paenitentiam agere - datur gratia quando poenitentia 1) vel est absoluta necessaria, v.g. in periculo mortis, 2) vel opportuna, v.g. tempore ~~missionis~~, 3) vel tempore tribulationis.

Infideles negative - quibus fides nullo modo vel insufficienter fuit porposita. Deus dat illis gratias medicinales ad leges naturales servandas, quibus, si utuntur, Deus eis dabit gratiam fidei.

Infideles positive, i.e. qui fidem sufficientem porpositam nolunt amplecti. Jam habuerunt gratiam, i.e. vocationem ad fidem.

Adversarii - Jansenistae

Nota 1a. Pars - Certe ut conclusa ex Trid. D. 807.
2a. Pars - Certa D. 1295.

Probatio 1a. Pars/

Gratiam saltem remote sufficientem Deus concedit omnibus quos invitat ad poenitentiam.

Atqui Deus invitat peccatores offenditos ad poenitentiam.

Ergo gratiam saltem remote sufficientem Deus concedit peccatoribus.

Major - evidens, secus frustra vocaret.

Minor - Prov. 1, 23., Lc. 5, 23.

2a. Pars.

Gratiam saltem remote sufficientem, ut possint salutem consequi, Deus concedit eis quos vult salvos fieri et ad agnitionem fidei venire.

Atqui Deus vult infideles etiam negativos salvos fieri.

Ergo Deus concedit infidelibus etiam negativis gratiam saltem remote sufficientem ut possint salutem consequi.

Major - Evidens.

Minor. 1 Tim. 2, 4.

Gratia - donum Dei gratuitum gratis datum est.

Gratia sufficiens - motio Dei data sufficiens ad actum supernaturaliter sed per actum hominis inutilis.

Gratia remote sufficiens - dat immediate potentiam faciendi aliquod opus facilius quo mediante validius auxilium obtinebitur ad faciendum quod fieri debet, v.g. gratia orandi ad vincendum temptationem.

MAJOR: evidens.

MINOR: ex Ia ad Tim. II, 4.

PROBATUS II (Ex PP)

DIFFICULTATES.

1- Justa PP. Petrus tentatus ut negaret Christum
gratia privatus est.

Atqui Petrus erat justus.

Ergo falsa thesis.

Dist. maj: gratia efficaci, C.

" sufficienti, sbd: proxime suffi.. Tr
remote suffi.. N.

Eccl. min.

2- Privatus est omni gratia, nem juxta PP. non po-
tuit vitare culpam.

Dist: non potuit antecedenter ad peccatum, N.
consequenter " " C. quia superbe
ac gessit, negavit ei Deus ueritas gratias

Deus indurat peccatores.

Bologn. 470

Dist: positive, N.

negative, C.

4- Deus indurat ne homo timet Deum. cf. Is. 63, 16

Dist: ne= effectum a Deo praevisum, C.
" intentum, N.

5- Esau non invenit poenitentiam.

Dist: poenitentiam (retractationem) patris, C.
suam, N.

6- Antiochus non invenit poenitentiam.

Dist: quia eum quaerebat ficta, C.
" " sincere, N..

7- Fides est initium salutis.

Ergo est prima gratia.

Dist: est dispositio ad justificationem, C.
est prima gratia, sbd: medicinalis, N.

fides ad aquata - fides with all
that goes with it, i.e. requiring.

elevans, sbd: fides
fide ad aquata C. A. fide filii
madaquata N. fide
fide grace that comes.

DE GRATIA HABITUALI.

Gratia sanctifica. Horum dei creatur et interiorum inlacerens
animas per modum habitus quo homo elevatur ad ordinem
De justificatione. Alienum.

THEISIS XVIIIA

IN JUSTIFICATIONE IMPLI^P PECCATA VERE REMITTUNTUR
2) JUSTIFICATIO AUTEM FIT PER DONUM INTRINSECE IN-

HEERENS ANIMAE QUO HOMO INTERIUS RENOVATUR.

Peccatum est inordinatio respectu finis ultimi, scil. peccatum ^{personal} _{material} ^{temporal} _{originalis}.

JUSTIFICATIO: acquisitio justitiae. Quod fit dupli-
citer: rectitudo personae quae bene dispositio et erga alium, seipsum, et deo

1) vel transeundo de non justitia ad justitiam ^{rectitudinem}
2) vel transeundo de statu peccati ad statum ^{rectitudinem} _{JUSTITIA}

titiae et hoc est nostra justificatio.

JUSTITIA: rectitudo permanens qua homo bene disposi-

tus est relate ad Deum, seipsum et proximum.

PECCATA VERE REMITTUNTUR: non solum non imputantur ad
peccatum sed delentur.

DONUM INTRINSECE INHAERENS: est gratia sanctificans.

RENOVATUR: redit ad statum unde per peccatum excidit.

ADVERSARI: NOVATORIS negant peccata remitti et di-

cunt ea non imputari ad poenam. Negant 2am partem:
et dicunt justificationem fieri per extrinsecam
imputationem justitiae Christi.

NOTA: 1a pars: DE FIDE CERTA, conclusa ex Trid. 792

2a pars: DE FIDE CAT. Trid. 821.

Pars 1a. D. 794-821.

PROBATUR:

In justificatione impii, peccata tolluntur.

ATQUI peccata tolli est peccata remitti. ERGO...

MAJOR: Ex Joen. I, 29

MINOR: Evidens. (Si peccata tolluntur, anima mea
sicut ante peccatum est.)

Pars 2a.

PROBATUR:

Justificatio est regeneratio.

ATQUI regeneratio fit per donum intrinsece inhae-

34

45. r. regeneratio vel
rens animae, quo homo interius renovatur.

ERGO.....

MAJOR: Ex Epist. ad Titum, III, 4.

MINOR: quia regeneratio est acceptatio vitae ad pro-
inde principii vitalis intrinsece inhaerentis ani-
mae quo homo interius renovatur.

DIFFICULTATES.

1. Juxta SS. peccata teguntur. Ps. CHAPUT A.L.

Ergo falsa thesis.

Dist.: teguntur tt. N.

" etiam, C.

2. Juxta SS. justitia est indumentum, i.e. adhaeret,
non inhaeret.

Ergo...

Dist: indumentum est ex nobis, C.

" non est inhaerens, N.

3. Juxta SS. Christus est justitia nostra.

Ergo falsa la pars.

Dist; efficienter et meritorie, C.

formaliter, N.

Van Noort 134

Intervi renovatio - homo aliquis formam
Physicam intrinsecus invenit in manu, scil. homo
non vestimentibus sola interpretatione justitiae Christi.
(Sillerius, Calvinista), dicunt neque sola
renovatio concreta in interna predictorum (Anglicani);
neque statim gratia quae sicut holm favor illi
extensus, sed formaliter, justificante per
mittimus acceptum gratiam et donum
quae in solidum confunduntur ibique inhaerent.
Sic est effectus positionis gratiae.

De causis justificationis.

THEISIS XIX a

JUSTIFICATIO PENDET A DEO TANQUAM A CAUSA EFFICIENTE, A CHRISTO TANQUAM A CAUSA MERITORIA, A GRATIA SANCTIFICANTE TANQUAM A CAUSA FORMALI, ET IN ADULTIS AB ACTIBUS LIBERIS ET SUPERNATURALIBVS HOMINIS TANQUAM A CAUSA DISPOSITIVA. 2) NON AUTEM EX PARTE EX PARTE HOMINIS SUFFICIUNT ACTUS FIDEI, SED REQUIRITUR ETIAM ALIARUM VIRTUTUM ACTUS, ET QUIDEM 3) FIRES AD JUSTIFICATIONEM NECESSARIA, NON EST FIDUCIA, QUA PECCATOR FIRMIER CREDIT PECCATA SIBI ESSE DIMISSA, SED FIRMUS ASSENSUS, QUO DIVINITUS REVELATA VERA ESSE CREDUNTUR.

JUSTIFICATIO: cf. Th. praeced.

CAUSA EFFICIENTIA: quae actione sua producit effectum.

CAUSA MERITORIA: causa efficiens moralis, v.g. suasio

CAUSA FORMALIS: quae per communicationem sui actuat effectum.

CAUSA DISPOSITIVA: a) positiva: dispositio positiva i.e. exigens effectum; reducitur ad causam efficientem. b) negativa: removens obicem (causa materialis) quae est ad in quo producitur effectus.

ACTUS SUPERNATURALES: sunt facti cum gratia supernaturali.

IN ADULTIS: quia parvuli nulla dispositione indigent.

FIDES: firmus assensus quo omnia divinitus revelata vera esse creduntur.

ALIARUM VIRTUTUM ACTUS: sunt ordinarie: timor, spes, poenitentia, firmum propositum, (Trid 798) et haec dispositiones pendent a fide.

FIDUCIA: (seu fides specialis promissionum) consistit in hoc quod quivis peccator confidit sibi promissam fuisse remissionem peccatorum, si tantum credit in Christum, quia sic sibi applicat merita Christi.

ADVERSARI: NOVATORES:

1) negant gratiam sanctificantem esse causam formalis justificationis quia negant 2am partem Th. 18ae

2) dicunt solam fidem sufficere ad justificationem.
 3) dicunt hanc fidem esse fiduciam qua peccator credit peccata sibi remitti propter meritum Christi.

NOTA: 1) CERTA ex Trid. 798 et 799

- 2) DE FIDE CAT. Trid. 819
 3) DE FIDE CAT. Trid. 822

Pars 1a.

PROBATUR: *Justificatio est remissio peccatorum et adoptio in filium Dei.*

ATQUI remissio et adoptio pendet a Deo.

ERGO justificatio pendet a Deo.

MAJOR: 1a pars: ex th. 18a

2a pars: ex th. 24a.

MINOR: a Deo: quia peccatum est offensa Dei, ergo Deus potest remittere peccatum, et adoptare servum et inimicum in filium.

a Christo: ex Trac. de Verbo Incarnato.

a Gratia sanctificante: quia peccatum habitus est privatio gratiae sanctificantis cum relatione ad peccatum actuale.

ab actibus liberis: probatur ex parte 2a th.

Pars 2a.

PROBATUR I

Stat 2a pars si fides sine aliarum virtutum operibus est fides mortua.

ATQUI fides sine aliarum virtutum est fides mortua.

ERGO...

MAJOR: quia fides mortua nequit dare vitam supernaturalem.

MINOR: ex Jac. II,24.

PROBATUR II

Si sufficeret actus fidei bona opera essent utilia et peccata non nociva.

ATQUI bona opera sunt utilia et peccata sunt nociva. ERGO...

MAJOR: stat quia non requireretur observantia mandatorum.

Pars 3a.

PROBATUR I

Fides ad justificationem necessaria est ea quam exigit Christus.

ATQUI ea est firmus assensus quo divinitus revelata vera esse creduntur.
ERGO....

MAJOR: evidens.

MINOR: ex Mc. 16,16.

PROBATUR II (Ex PP.)

PROBATUR III

Fides ad justificationem necessaria non est ea cuius objectum non est revelatum.

ATQUI fiducia qua peccator firmiter credit peccata sibi esse dimissa est ea cuius objectum non est revelatum.

ERGO fides ad justificationem necessaria non est fiducia, qua peccator firmiter credit peccata sibi esse dimissa.

MAJOR: evidens.

MINOR: probabitur in thesi sequenti.

SCHOLION I

Actus contritionis vel caritatis perfectae non est causa formalis justificationis, sed dispositio ad justificationem. (Est causa efficiens.)

SCHOLION II

Gratia sanctificans ex intrinseca sua natura remittit peccata, quia peccatum habituale est privatio gratiae sanctificantis cum relatione ad peccatum actuale.

SCHOLION III

Justificatio in ordine naturali est possibilis sine gratia sanctificante, sed non in ordine supernaturali, quia peccatum habituale est privatio gratiae sanctificantis cuius relatione ad peccatum actualem

SCHOLION IV

Causa formalis remissionis peccati venialis est intensitas gratiae sanctificantis vel causa ius intensitatis, (probabilis)

DIFFICULTATES.

1. Crede tantum et salva erit. (Ec VIII 9)
Ergo falsa 2a pars.

Dist: salva i.e. resurget puelle, C.
remittentur ei peccata, N.

2. Arbitramus justificari hominem per fidem sine operibus legis. (Rom, III, 28)

Dist: legis naturalis vel mosaicee, C.
gratiae, N.

3. Qui credit in Filium habebit vitam aeternam.
(Joan, III)

DIST: qui credit tantum, N.
" " et etiam exercet alias virtutes, C.

50

Quaenam sint proprietates justificationis.

THEISIS XXa

NEMO, ABSQUE SPECIALI REVELATIONE, CERTUS ESSE POTEST, CERTITUDINE FIDEI, SE ESSE JUSTIFICATUM.
2) ACCEPTA VERO JUSTITIA NON EST IN OMNIBUS AEQUALIS; IMO NEQUE IN EODEM INDIVIDUO EST SEMPER AEQUAMIS. 3) ET NON MODO PER INFIDELITATEM, SED PER QUOLIBETE LETALE PECCATUM AMITTITUR?

CERTITUDINE FIDEI: sed possumus conjecturare cum magna probabilitate.

NON AEQUALIS: mensuratur nostrae cooperationi juxta divinam voluntatem.

ADVERSARII: NOVATORES qui negant thesim. Sed Luther admittit justitiam amitti posse per peccatum infidelitatis.

NOTA: 1a pars. CERTA ex Trid. 802, 223.

2a pars CERTA " " 799 et 834

3a pars FIDE CAT. Ex Trid. 837

Pars la (Incertitudo)

PROBATUR I

S.Paulus absque speciali revelatione certus esse non poterat, certitudine fidei se esse justificatum
ERGO nemo absque speciali revelatione,.....

MAJOR: ex I Cor, IV,4

CONS: quia S.Paulus vel loquitur pro seripso et tunc concluditur a pari vel a fortiori; vel loquitur de omnibus, et tunc consequentia est evidens.

PROBATUR II

Qui non est certus de suis dispositionibus, non potest absque speciali revelatione certus esse, certitudine fidei se esse justificatum.

ATQUI nemo certus est de suis dispositionibus.

ERGO nemo absque speciale revelatione, certus esse potest, certitudine fidei, se esse justificatum.

MAJOR: quia dispositiones sunt necessariae.

MINOR: quia anima nostra nobis sufficienter non est nota.

Pars 2a (Inaequalitas.)

PROBATUR I
Justitia in qua unus antecellit alios et quae potest augeri, non est in omnibus aequalis; imo neque in eodem individuo est semper aequalis.

ATQUI in accepta justitia unus actecellit alios et ipsa justitia potest augeri.

ERGO accepta justitia non est in omnibus aequalis imo neque in eodem individuo est semper aequalis.

MAJOR: evidens.

MINOR: a) unus antecellit alios: Job I,8
b) potest augeri. Apoc XXII,11.

PROBATUR II

Ideo accepta justitia, esset in omnibus aequalis imo in eodem individuo esset semper aequalis, quia justificatio esset imputatio justitiae Christi.

ATQUI non est imputatio justitiae Christi.

ERGO accepta justitia non est....

MAJOR: est doctrina adversariorum et ratio est quod justitia Christi est sibi aequalis.

MINOR: ex th. 18a,2a parte.

Pars 3a (Amissibilitas)

PROBATUR I

Justitia in qua justus non potest vivere si peccaverit est justitia quae non modo per infidelitatem sed per quodnam peccatum letale amittitur.

ATQUI accepta justitia est justitia in qua justus non potest vivere, si peccaverit.

ERGO accepta justitia....

MAJOR: evidens.

MINOR: ex Ezech. XXXIII,12

PROBATUR II

Justitia amittitur per malam dispositionem erga Deus.

ATQUI non solum infidelitas, sed quodlibet letale peccatum, est mala dispositio erga Deum.

ERGO justitia amittitur, non modo per infidelitatem sed per quodlibet letale peccatum.

MAJOR: EX definitione justitiae in praen. th. 18ae
 MINOR: quia peccatum letale est renuntiatio, divi-
 nae amicitiae.

DIFFICULTAS.

Caritas est inamissibilis, ex SS.
 Dist.: remanet in Patria, et est motivum de se
 insuperabile, C.
 est inamissibilis in via N.

SCHOLION.

of 2am probationem lae partis.

Participatio { Potestabit materialis virtutibus immixta
 materialis physicalia moralis analogica
 materialis qualitatibus dyadicis materialis
 materialis quantitatibus relationis materialis
 materialis transiens materialis materialis
 materialis permanentes/habitantes

Participatio super virtutibus, physica, moralis, analogica

An et quomodo homines per gratiam in justificatiōne acceptam fiant divinae consortes naturae?

THEISIS XXIa

PER GRATIAM SANCTIFICANTEM, JUSTUS VERE EFFICITUR CONSORS DIVINAE GRATIAE, SEU, UT DICIS SOLET DEIFI- CATOR. 2) HOC AUTEM NON MODO FIT QUITA PER GRATIAM JUSTUS OBTINET PARTICIPATIONEM TERMINATIVAM DIVINITATIS, SED ETIAM PER EAM ILLE OBTINET DIVINITATIS PARTICIPATIONEM FORMALEM.

CONSORS DIVINAE NATURAE: i.e. habens eamdem naturam ac personae divinae et hoc dupliciter:

- 1) terminative: i.e. per participationem terminativam, quia conjugimur Spiritui Sancto et ideo possi- demus divinam naturam sicut amicus possidet excel- lentiam amici. (Hoc in thesi sequenti)
- 2) formaliter: i.e. per participationem formalem; quis sumus Deus, non hoc sensu quod habemus eamdem numero vel specie naturam ac Deus, sed hoc sensu quod sumus Deo similes in ordine supernaturali, i.e. participamus bonitatem et intellectualitatem Dei.

Et quia haec duae perfectiones non sunt in nobis eodem modo ac in Deo, sumus similes Deo per analoga- giam, i.e. non omnino iidem non omnino diversi.

NOTA: 1a pars: consors: CERTA ex Pio V 1042

2a pars: participatione formalē: CERTA et COM.

Pars la

PROBATUR:

Per dona divina justus vere efficitur consors di- vinae naturae.

ATQUI haec dona divina sunt gratia sanctificans.

ERGO per gratiam sanctificantem justus vere effi- citor consors divinae naturae, seu, ut dici solet deificatur.

MAJOR: IIa Petr I, 4.

MINOR: ex PP.

"In probat. ad hanc pars 2a. probatur secundum quod.

PROBATOR: I (EX PP)

PROBATOR II

Per gloriam justus obtinet divinitatis participationem formalem.

ERGO per gratiam sanctificantem.

ANT: ex Joan. Ia Epist. III, 2.

CONS: quia gratia sanctificans est inchoata gloria
ut sequentibus thesibus probabitur.

55

An et quomodo, vi gratiae sanctificantis, ipsa
Personae Spiritus Sancti uniatur animae Sanctorum?

THEISIS XXIIa

SPIRITUS SANCTUS, OMNES QUI GRATIA SANCTIFICANTE
ORNANTUR, NON TANTUM PER SUA DONA, SED SECUNDUM
SUBSTANTIAM SPECIALI MODO INHABITAT. ET HAEC Tamen
INHABITATIO SPIRITUI SANCTO TRIBUITUR, LEGE APPROPRIATIONIS,
SED COMMUNIS EST TRIBUS PERSONIS DIVINIS.

INHABITAT: i.e. unitur.

SECUNDUM SUBSTANTIAM: est unio accidentalis distincta ab immensitate, a collatione donorum, a praesentia qua cognitum est praesens cognoscenti, et amatum amanti.

SPECIALI MODO: praesentia amici in amico.

LEGE APPROPRIATIONIS: haec inhabitatio tribuitur Spiritui Sancto quia manifestat characterem specialem Spiritus Sancti qui est amor.

COMMUNIS TRIBUS PERSONIS DIVINIS: non propria Spiritu Sancto.

ADVERSARIUS; PETAVIUS s.j. qui contendit hanc appropriationem esse Spiritui Sancto propriam.

NOTA: CERTA et COMMUNIS.

Pars Ia

PROBATOR I

Spiritus Sanctus ut distinctus donis suis, inhabitat ut in templo, omnes qui gratia sanctificante ornantur.

ATQUI ita inhabitare Spiritum Sanctum est inhabitare non tantum per sua dona sed secundum substantiam.

ERGO S.S. omnes qui gratia.....

MAJOR: Id ut distinctus a donis' Rom., V, 5

3) ut in templo' I Cor., VI, 19

MINOR: patet ipsis terminis.

PROBATOR II (Ex. PP.)

PROBATUR III (Ex ratione)

Omnes qui gratia sanctificante ornantur sunt amici Dei.

ATQUI Spiritus Sanctus amicos Dei non tantum per sua dona sed secundum substantiam speciali modo inhabitat.

ERGO...

MAJOR: in thesi sequenti.

MINOR: quia amicitia exigit inseparabilem praesentiam amicorum quantum fieri potest.

Pars 2a.

PROBATUR:

Haec inhabitatio Spiritus Sancti est aliquid in quo non obviat relationis oppositio.

ATQUI tale quid est commune tribus Personis ac propinde tribuitur Spiritui Sancto lege appropriacionis.

ERGO inhabitatio Spiritu Sancto tribuitur lege appropriationis.

MAJOR: quia Spiritus Sanctus non hypostaticce unitur animae.

MINOR: axioma in tract. de Deo Trino explicatum.

SCOLION. In veteri lege... cf. Auct.

1) Spiritus Sanctus habitabat in justis vi novae legis, i.e. intuitu meritorum Christi.

2) Haec habitatio non erat ita perfecta ac in nova lege quia redemptio nondum erat facta, quia pretium non erat solutum.

3) Non habebatur habitatio Spiritus Sancti per sacramenta consecrataria, v.g. per Baptismum.

Propter amicitiam

dei et hominis.

57

Utrum et quomodo justus per gratiam sanctificantem
fiat Dei amicus?

Waz 67 THESSIS XXIIIA
HOMO PER GRATIAM SANCTIFICANTEM, CONSTITUITUR DEI
AMICUS.

AMICITIA: est mutua aliquorum benevolentia non latens
Conditio: aequalitas plus minusve perfecta.

Fundamentum: aliqua similitudo.

Effectus: communicatio bonorum et mutua praesentia.

NOTA: DE FIDE CERTA .Trid. 799

PROBATUR I

Homo per justitiam constituitur Dei amicus.

ATQUI justitia est gratia sanctificans.

ERGO homo per gratiam sanctificantem constituitur...

MAJOR: Ex Joan., 15.14

MINOR: Ex th. 18a 2a pars.

PROBATUR II(Ex ratione)

Homo per gratiam sanctificantem constituitur amicus
Dei amore benevolentiae et reciproquo, : aliquomodo
aequalis et similis Deo.

ATQUI amans Deum amore benevolentiae et reciproquo,
aliquomodo aequalis est amicus Dei.

ERGO homo per gratiam sanctificantem, constituitur...

MAJOR: Amans Deum: 1) Ex parte Dei quia ex thesi 2a
dat justis Deus Spiritum Sanctum et dona.

2) Ex parte hominis: quia ex th.

2a justitia est bona dispositio erga Deum.

Aliquomodo aequalis et similis Deo; ex th. 2la

DIFFICULTATES.

1-Gratia est effectus amicitiae Dei. Ergo non est ratio
Concedo antecedens. Nego consequentiam.

2-Tunc gratia est simul effectus et causa.

Atqui hoc est impossibile. Ergo falsa thesis.

Dist. maj: simul: sub eodem respectu,N.

sub diverso respectu,C.

Gratia sanctificans est primo effectus et secundo
causa amicitiae divinae.

... An et quomodo gratia sanctificans faciae hominem filium Dei adoptivum.

THESES XXIVA
GRATIA SANCTIFICANS JUSTUM EFFICIT FILIUM DEI ADOP-
TIVUM.

ADOPTIO: est assumptio personae extraneae in filium, cum jure ad haereditatem.

GRATIA SANCTIFICANS EFFICIT: haec est praecipua differentia inter adoptionem humanam et divinam; homo adoptat accipiendo infilium et haec acceptio est extrinseca adoptato; Deus adoptat infundendo gratiam quae est aliquid physicum et intrinsecum adoptato.

NOTA: CERTA: Trid.n.796, 799.

PROBATUS I (Ex DE.)

PROBATUS II

Gratia sanctificans elevat justum ad consortium

divinac naturae.

ATQUI elevare justum divinæ ad consortium naturæ

est efficere eum filium adoptivum Dei.

ERGO gratia sanctificans...

MAJOR: th. 21a dicitur: "Justus est filius dei".

MINOR: evidens.

SCHOLION: Gratia sanctificans efficit justum filium.

Dei adoptivem per seipsam et ex intrinseca sua exi-
gentia.

Sensus scholii: gratia est formaliter ipsa adoptio.

ADVERSARIUS: 1) PETAVIUS et LESSIUS: non per gratiam sed per Spiritum Sanctum (gratia est vinculum adoptionis).

2) RIPALDA: non ex intrinseca exigentia sed ex favore superaddito gratiae. (Gratia est capacitas adoptionis).

NOTA: scholion est CENTUM ET COMMUNE.

PROBATUR contra Lessium.

Ideo non per seipsam quia per Spiritum Sanctum.

ATQUI non per Spiritum Sanctum.

ERGO per seipsam.

MAJOR: est doctrina adversariorum,

MINOR: ex th. 21a qua homo est consors per gratiam sanctificantem et habet in ea causam formalem.

PROBATUR contra Ripalda.

Ideo non per seipsam quia gratia non est exigentia sed aptitudo ad filiationem.

ATQUI non est aptitudo..

ERGO per seipsum.

MAJOR: doctrina adversariorum.

MINOR: quia non gratia sed potentia obediencialis naturae est aptitudo ad haereditatem.

DIFFICULTAS.

Ripalda:

Similitudo non sufficit ad filiationem.

Ergo requiritur favor superadditus gratiae.

Dist. ant: similitudo a patre, N.

" ab alio, C.

THEISIS XXVa

GRATIA QUA HOMO FORMALITER CONSTITUITUR JUSTUS,
 1) EST DONUM QUODDAM CREATUM DISTINCTUM A PERSONA
 SPIRITUS SANCTI; 2) PHYSICE PERMANENS; 3) AB ANIMA
 REALITER DISTINCTUM; 4) EIQUE INHAERENS PER MODUM
 HABITUS.

DONUM CREATUM: bonum finitum, productum.

PHYSICE PERMANENS: non moraliter tantum, v.g. gratia
 actualis continue influeret in animam, vel quia
 gratia sanctificans esset denominatio ab actibus
 justificantibus praeteritis.

REALITER DISTINCTUM AB ANIMA: non est modus realiter
 identificatus cum anima vel cum voluntate et ab
 ea discinctus ratione tantum.

HABITUS: habitus entitativus. Habitus est qualitas
 permanens qua subjectum bene vel male se habet
 vel in natura sua, et est habitus entitativus;
 vel in operatione sua, et est habitus operativus.

NOTA: 1a pars: CERTA ex Trid. 799

2a pars: CERTA ex Trid. 850

3a pars et 4a: CERTAE et COMMUNES.

ADVERSARI:iae partis: PETRUS LOMBARDUS.

Pars la. a. clm

PROBATUR:

Gratia quae inhaeret animae per modum habitus est
 donum creatum distinctum a Spiritus Sancti persona
 ATQUI gratia qua homo formaliter constituitur
 justus, inhaeret animae per modum habitus.

ERGO gratia qua homo....

MAJOR: quia Spiritus Sanctus non inhaeret animae
 Deus non potest esse forma.

MINOR: ex parte 4a.

DIFFICULTAS.

Juxta Pp. Spiritus Sanctus est nostra sanctificatio
 Atqui haec est gratia.

Ergo juxta PP. Spiritus Sanctus est gratia.

61

Dist. maj: efficienter et terminative, C.
formaliter: sibi per similitudinem analo-
gicam, C.
per inhaesionem, N.

CONC. min. ; Contr. cons.

Pars 2a.

PROBATUS I

Gratia qua homo formaliter constituitur justus est
consortium divinae gratiae.

ATQUI hoc est aliquid physice permanens.
ERGO physice permanens.

MAJOR ex th. 2la, ex IIIa Petr. I, 4.

MINOR: quia consortium est similitudo Deo analogica. Ergo essentialiter physice permanens.

PROBATUS II

Principium vitae naturalis est aliquid physice per-
manentens.

ERGO etiam gratia qua homo formaliter constituitur..
ANT: ex phil.

CONS: quia Deus non minus homini providet in ordine
supernaturali ac in ordine naturali.

Pars 3a

PROBATUS:

Quod superat omnes exigentias animae est ab ea rea-
liter distinctum.

ATQUI: gratia qua homo formaliter constituitur su-
perat omnes exigentias animae.

ERGO: est donum creatum distinctum ab anima.

MAJOR: evidens.

MINOR: stat quia gratia facit nos consortes divinae
naturae.

Pars 4a

PROBATUS:

Stat si affirmatur a Tridentino.

ATQUI: affirmatur.

MAJOR: ex tract. de Ecclesia.

MINOR: 1) inhaeret; ex n. 821
2) per medium habitus, ex auctor: Pallavicini.

DE MERITO, BONORUM OPERUM.

De notionie et existentia meriti.

THEISIS XXVIA

**JUSTI, PER BONA OPERA EX GRATIA FACTA VERE MERENTUR
VITAM AETERNAM ET 2) QUIDEM DE CONDIGNO**

MERITUM: agitur de merito apud Deum.

JUSTI: qui habent gratiam sanctificantem.

MERITUM apud Deum:

- 1) in concreto: est opus bonum in obsequium Dei et de se aptum ad obtainendam mercedem.
- 2) in abstracto: est valor operis meritorii.

Meritum in concreto dividitur:

1) Naturale

2) Supernaturale: A) excellentiae

B) commune: a) De condigno

b) De congruente

c) De excedente: aa) Infallibile

bb) Fallibile.

MERITUM NATURALE: est in operibus bonis naturalibus

MERITUM SUPERNATURALE: est in operibus bonis nisi supernaturalibus, et hic est sensus verborum: "Exigen-
tia" "Ex gratia".

MERITUM EXCELLENTIAE: est negotiorae justitiae= meri-
tum Christi.

MERITUM COMMUNE: est in persona create ratione me-
ritorum Christi.

MERITUM DE CONDIGNO: quod debetur ex aliqua justitia
propter aliquam aequalitatem operis cum mercede.

Debetur saltem post promissionem.

MERITUM DE CONCRUO: debetur ex aliqua liberalitate
quia deficit vel aequalitas operis mercedi vel
promissio vel utrumque.

MERITUM INFALLIBILE: si adest promissio divina sed
non aequalitas et fit tantummodo ex fidelitate, e.g.
gratia sanctificans pro peccatore facienti actum
contritionis perfectae.

63

MERITUM FALLIBILE: si non adest promissio diuina et debetur ex mera decentia.
EX GRATIA: cum gratia sanctificante et cum actuali.
VITAM AETERNAM: est gratuita, quamvis mereamur:
1) quia opera nostra sunt ex Christi meritis meritoria.
2) quia Deus potuisset exigere opera et nihil promittere.

ADVERSARI: NOVATORES: qui negant meritum, quia salus nostra est gratuita.

NOTA: 1a pars: DE FIDE GAT. ex Trid. n. 642
2a pars: CERTA et COMMUNIS.

Pars 1a.

PROBATUR I.
Justus per bona opera ex gratia facta obtinebit vitam aeternam ut mercedem.
ATQUI obtainere vitam aeternam ut mercedem est vere mereri eam.
ERGO justus per bona opera ex gratia facta vere mercedem merentur vitam aeternam.

MAJOR: Mt., V,12

"Ex gratia facta" cf th.5am.

MINOR: quia merces est aliqua retributio.

PROBATUR II (Ex BE.)

Pars 2a.

PROBATUR:

Obtinere vitam aeternam ut mercedem promissam est eam mereri de condigno.
ATQUI justi per bona opera ex gratia facta obtinent ita.
ERGO....
MAJOR: ex praenot. quia adest aliqua aequalitas et promissio.
MINOR: ex probatione lac partis.

R. 364, 367.

DIFFICULTATES.

1-Vita aeterna est haereditas.

W. 330
Atqui haereditas non est objectum meriti.

Ergo vita aeterna non est objectum meriti.

Dist. maj: haereditas et merces, C.

haereditas tantum, sbd: pro parvulis, C.

Contr. min. " adultis, N.

2-Sumus servi inutiles.

Atqui hi non merentur.

Ergo nec nos.

Dist. ant: sine gratia, C. cum gratia, N.

Tr. min.

3-Per opera debita homo non meretur.

Atqui opera hominis sunt debita.

Ergo per ea homo non meretur.

Dist. maj: non acceptata ad mercedem, C. acceptata, N.

Contr. min: acceptata, C. non acceptata, N.

4-Si thesis esset vera possemus habere fiduciam in
meritis nostris.

Atqui non possumus. Ergo ...

Dist. maj: fiduciam perfectam, N. imperfectam, C.

Contr. min.

5-Si thesis esset vera merita Christi essent insuf-
ficientia.

Atqui non sunt. Ergo

Nego majorem. cf praen. ad vocem "commune".

6-Opera meritoria de condigno habent aequalitatem.

Atqui opera hominis non habent aequalitatem,

Ergo....

Conc. maj.

Dist min: cum gratia, N.
sine gratia, C.

De conditionibus ad meritum requisitis.

I) AD MERITUM DE CONDIGNO:

1. ex parte operis, requiritur:

- a) libertas: (ex damnatione Jansenii, n. 1094)
- b) honestas: quia dishonestas non potest moreri.
- c) supernaturalitas:
 - aa) ex gratia: quia ex th. Va nulla actio salutaris potest fieri sine gratia.
 - bb) ex motivo: (motivum dictatum a fide) quia juxta PP. fides est radix meriti.

2. ex parte operantis, requiritur:

- a) status viac: i.e. status fidei, in hac vita mortali, Eccl., XI, 3.
- b) status gratiae: ex damnatione Baii, n. 1017
ad Rom., VIII, 17
Ex ratione theologicæ: quia secundum idem homo mergetur simul vitam aeternam et mortem aeternam.

3. ex parte remunientis, requiritur: promissio civitana ex qua opera nostra in actu secundo vinit meritorum, quia Deus posset exigere nostra opera sine mercede.

II) AD MERITUM LE CONGRUO:

1. ex parte operis, requiritur: libertas, honestas, supernaturalitas.

2. ex parte operantis, requiritur: status viac.

3. ex parte remunerantis, requiritur: promissio pro congruo infallibili, et non pro fallibili.

1) SCHOLION: aequalitas meriti de condigno cum mercede non est absoluta, i.e. rei ad rem sed proportionis vel virtutis sicut seminis ad arborem.

2) SCHOLION: haec aequalitas vinit ex duplice dignitate: a) operantis in statu gratiae, B) operis ex gratia actuali.

3) SCHOLION: vita aeterna debita est ex justitia bonis justorum meritis. Ex justitia: non stricta, sed lata.

SENSUS SCHOLII: justi habent jus (latum) ad vitam aeternam, quam si Deus non daret esset injustus.

ADVERSARII: Quidam theologi videntur potius voce a nobis differre quam re. (Deus debet sibi dare nobis mercedem).

NOTA: CERTUM et COMMUNE.

PROBATUR I

Deus esset injustus si non daret vitam aeternam justis, ob merita de condigno.

ERGO stat...

ANT: quia ex argumento th. 26ae vita aeterna est merces sed merces est debita et qui non dat debitum est injustus.

CONS: evidens.

PROBATUR II

Deus justis ob merita de condigno debet ex justitia illud quod sub conditione acceptata et impieta promisit.

ERGO stat...

ANT: evidens.

CONS: quia, ex dictis Deus promisit vitam aeternam, merita justorum sunt condigna, et ipsi promissio, nem divinam saltem implicite acceptarant.

4) SCHOLTON: Deus 1) supra condignum meritis premium et 2) infra condignum demeritis, poenam retribuit.

Hoc probatur: hoc est axioma a PP. et a DD. Ps. 76, 10.

DE OBJECTO MERITI.

Meritum supernaturale referri potest ad gratias:
 I) actualem, II) habitualem, III) ad gloriam.

I) DE GRATIA ACTUALI:

- a) Homo potest mereri, non primam gratiam actualem, (ex th. 16a) sed secundam gratiam actualem, etiam efficacem, de congruo fallibili et sufficientes de condigno;
- b) Justus potest mereri de condigno gratias actuales sufficientes. Ratio est quod justus debet posse mereri ac condigno quod est stricte necessarium ad vitam aeternam; et quidem ipsam vitam aeternam mereri de condigno potest, ex th. 36a.

II) DE GRATIA HABITUALI:

- a) Peccator potest mereri de congruo infallibili primam gratiam sanctificantem, ut prob. in tract. de Poenitentia.
- b) Justus potest mereri de condigno augmentum gratiae sanctificantis. Ex trid. n. 842
- c) Justus potest mereri de congruo fallibili per conversionem et conversionem quoa possunt adesse conditiones, sed deest promissio.

III) DE GLORIA:

- a) Justus potest mereri de condigno augmentum gloriae, ex Trid. n. 842.
- b) Homo probabiliter potest mereri de condigno pri-
mam gloriae gradum et hoc in secundo instanti na-
turee, actus quo se ultimo disponit homo ad gratiam
nam in hoc instanti gratia infunditur et homo di-
gnificatur ad merendum de condigno.

SCHOLION I. Utrum homo possit alteri mereri?

- a) De condigno: Nego propter defectum promissionis, excepto Christo.

b) De congruo: justus potest mereri alii quidquid sibi mereri potest et praeterea, primam gratiam actualem. Ratio: quia congruum ut Deus exaequatur voluntatem amici.

SCHOLION II. Utrum bona temporalia cadunt sub merito:

a) in se non cadunt sub merito de condigno quia sunt naturalia, sed, de congruo.

b) Quatenus sunt mediae de vitam aeternam cadunt sub merito sicut alia media.

L. D. S.

Finis

Tractatus

"DE GRATIA".